v IAM litui strepunt. quomodo differat lituum a tuba vide superius ode prima.

x AVDIRE videor. Magna pfecto laus scriptoris. qui ita animos legentium moueat. vt sibi pugnę interresse & victores duces audire videatur qui clamore suo & commilitonibus audatiam & hostib⁹ terrorem iniiciat. Nam vt teste homero ostendunt qui de re militari scribunt non parua laus est in duce vti in prelio magna voce.

y ATROCEM animum. portius enim catho apud vticam elegit potius interire quam in hostiũ potestatem incidere. de cuius morte dictum est ode. xii.

z IVNO & deorum. Sensus est Iuno & quicumq; alii dii carthaginensibus fauerant vltionem vastę aphricę ex posteris eorum qui eam vastarunt Ordo autem est Iuno quisq; deorũ amicior afris impotens cesserat.

a IMPOTENS. Quia relactari non potuit.

b MEPOTES victorum. idest milites romanos nuper cesos in aphrica qui posteri sunt eorũ qui superauerunt hannibalem.

c INFERIAS. Sunt eni inferię sacra que exhibentur defunctis. Erat aũt hoc de more apud antiquos vt si dux in acie cęsus esset qui capti essent ex hostibus ad illius tumulũ tã quã hostię mactarentur.

d IVGVRTHE. idest hanibali. nã nomẽ ꝓ noie sępe ponũt poetę.

e PINGVIOR. Nam pinguescit terra humanis cadaueribus quis ergo campus non est pinguior sanguine nostro. q. omnis campus est pinguior. Vir. Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro æmathiam & latos hemi pinguescere campos.

f AVDITVMQVE medis. De superiore ostendit sic enim intelligendum quis non campus sepulchris testatur impia prelia sonitũq; hesperie & c.

g QVIS gurges. Omnis aquarũ congeries gurges est. & per tapinosim pro mari capitur. Virgl. Apparent rari nautes in gurgite vasta.

h DAVNIE. A dauno rege apulie. Est autem daunia apulia. & ponitur hic pars pro toto. nam apulia ponitur pro italia.

vt essent inferie
c d
Retulit inferias iugurthę.
romano e
Quis non latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prelia
q. d. extremi orbis habitatoribus
f
Testatur: auditumq; medis
Hesperie sonitum ruinę:
g
Quis gurges: aut que flumina lugubris
ytalie
h
Ignara belli. quod mare daunię
a proprio colore mutauere
Non decolauere cedes:
regio sanguine romano
Quę caret ora cruore nostro.
petulans
importuna
i
Sed ne relictis musa procax iocis
k l
Cęę retractes munera nenię
cum me horatio / locis voluptuosis
venereo
Mecum dyoneo sub antro
modulatõnes m
Quęre modos leuiore plectro

i SED ne relictis. Hortatur poeta musam eius vt relicto lugubri cantu secum leuiora querat. Sẽsus est. cum lyrico carmini aptiores iocisũt procaciter egeris o musa si lugubria potius dioneo plectro modulata fueris quam veneria que leuioribus modulis aptãtur. Ordo est. Sed tu o musa procax idest petulans que fines egressa tuos aliena inuadis quere mecum modos leuiore plectro idest carmina leuiori stilo facta sub antro dioneo sub antro veneris idest rebus lasciuioribꝰ & non grandibus. ne tu retractes munera nenie cęę relictis iocis.

k CEE. Cęa teste Pli. li. iiii. insula est in mari egeo. Strabo; etiam scribit vnam esse e cycladibus.

l NENIA. Lugubre carmen est quod in mortuos cantabatur Symonides autẽ lyricus poeta ex cęa insula adinuenit.

m PLECTRO. Pectinem latini dicunt Vir. iamq; cadem digitis iam pectine pulsat eburno. & est percussorium cythare.

Argumentum Odes Secunde

Salustium poeta a liberalitate & temperantia celebrat dicens latenti pecunie nullũ esse splendorem honoremue aliquẽ: nisi quis ea temperate vtatur. Affert ad id proculeij exemplũ: qui erga fratres fuit liberalissimus: Vnde dicit illũ perpetua fama notũ fore. asserit item late regnare illum solũ q̃cunq; cupiditates seq; ipsum domuerit. Facit deinceps comparationem ab hydropico ad auarũ: sicut enim hydrops bibendo plus sitit: ita nunq̃ satiat̃ habendi sitis. Postremo inquit q d̃ sapiẽs nõ appellat btm̃ illum qui diues aut rex fuerit: sed qui sine rerum cupiditate & auaritia vixerit. Hoc dicit.

Secunda ode ad Salustium

a NVLLVS argento. Ordo est O crispe salustri inimice lamne nullus color est argento abdito terris auarus & nisi & c. Est autem Sensus quod latenti pecunie nullus inest splendor et honor nisi temperate & modeste in vsu fuerit.

o AVARIS terris. Auare terre dicuntur quoniam bona multa in eis latent & celantur. vt thesauri et huiusmodi.

p LAMNE. & lamna & lamina indifferenter dicitur. lamne id est late massę argenteę quę ipsa pecunia est. Erat autē Salustius pecunie inimicus quoniā non terris vti auari solent cęlabat sed impēdebat potius necessariis rebus et oportunis modeste quidem & temperate.

q TEMPERATO. philosophus li. ii. ethicorum ait prodigum esse qui in erogando exuperat in capiēdo defecit. At auarus in capiendo exuperat. in erogando deficit. vnde exuperatio & defectio ipsum bonum corrumpunt mediocritas vero conseruat.

r PROCVLEIVS. Cęsarianus miles duos habuit fratres qui partes pompeianas secuti et hostes publici post victoriam cęsaris iudicati omne patrimoniū amiserūt. proculeius ergo suū illis patrimoniū condonauit. tibi ea satis esse dicitans que ex preda cōparasset. mox suis intercessionibus vt illos cęsar restitueret. curauit.

s PATERNI animi. Ergo plus quam fraterni. nam maior est patris in filium amor quam fratris in fratrem.

t FAMA superstes. Hoc est fama illi proculeio superuiuet. Superstites dicuntur qui aliquo mortuo supersunt. De fama hic ad longū Virgi. in. iiii. an.

v LACIVS regnes. Sensus est. Latius regnes cupiditatem vincendo quam si per vniuersum orbem possessiones extendas. Ex media philosophia sumptum. Arguunt enim presertim stoici illum solum esse diuitem cui nihil desit. At vero auaro multa desunt. nunquā ergo erit diues. contra vero qui animū suum a cupiditatibus vendicauit ei quecunq; adsunt satis sunt. nam natura paucis minimisq; contenta est. ergo diues. omnis enim diues est cui nihil deest. nam vt ait Cicero Animus hominis non arca dicitur appellanda est. Hinc illud stoicorum paradoxon. omnes sapientes diuites esse. Item solus sapiētes liberos esse.

x GADIBVS. Gades opidum est hispanie a poenis conditum.

y VTERQVE poen⁹. Ideo vtrūq; poenū dixit locis diuisum quia carthago est in hispania est quā spartariam vocant.

n VIlus argento color est auaris
recondito vocantur casus
Abdito terris inimice lamnę
non parco vel prodigo
Crispe salusti: nisi temperato
apparcat
Splendeat vsu.
eterna fama p.n. eternitate
Viuet extento proculeius euo
nobilitatus sapientem
munerum
Notus in fratres animi paterni:
deducet per noticias omnium
Illum aget penna metuente solui
que illi superuiuet.
Fama superstes:
cupidum cohibendo intra
rōnis terminos
Latius regnes auidum domando
animum distuncto ab ipsa
Spiritum quam si libyam remotis
ram orientalis quā
occidentalis
illis populis
Gadibus iungas. & vterq; penus
tibi ipsi
Seruiat vni.
concedens est enim morborū fere
pessimus
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
hydropisis
Nec sitim pellit: nisi causa morbi
discesserit pallido
Fugerit venis & aquosus albo
morbus
Corpore languor
restitutum regio sedi p.n
Redditum cyri solio phrahaten
dissentiens beatorum
Dissidens plebi numero beatum
efficit prudentia
Eximit virtus: populumq; falsis
ea ipsa virtus
dissuadet
Dedocet vti.
iudicijs regnum cuius insigne
est dyadema serorum
Vocibus. regnum & dyadema tutum
solis sapientibus
perperam
Deferens vni. propriamq; laurum
magnos non inuidentes
Quisquis ingentes oculo irretorto
pernicibus
Spectat aceruos.

z CRESCIT indulgens. Hic poeta noster facit comparationem ab hydropico ad auarum. Namvt iuuenalis inquit. Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia creuit. Quidius item lib. i. fasto. creuerunt & opes. & opum furiosa cupido. Et cum possideant plurima plura petunt. Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda. quo plus sunt potę plus sitiuntur aquę.

a HyDROPS. Hydropisis grecū verbū latine subcutaneus morbus appellatur. quoniam sub cute aqua sit. qua venter turgescit. sic & ab aqua grecę denominat. nā hydor aqua est.

b NEC sitim & c. Nam quemadmodum hydropico nūquā cessat sitis potando. nisi pellatur e venis causa que sitim gignit. sic in nobis non satiat auaritia nisi pellatur ex animo infinita cupiditas habendi.

c LANGVOR aquosus. Ipse morbus qui aquam inducit. vnde fit languor corpore. Languor proprie est defectio virium & succi naturalis in corpore. Hinc languere dicuntur herbe. que arescere incipiunt. Sed & animi debilitatem defectumq; languorem dicimus.

d REDDITVM cyri. Ordo est. Virtus dissidens plebi eximit enumero beatū id est beatorū phrahaten reddituū cyri solio equo electus fuerat. et dedocet ipsa virtus pp̄m vti falsis vocibus deferens regnū et diadema tutū & propriam laurū vni soli. Quisquis oculo irretorto spectat ingentes aceruos.

e CyRI. Cyrus persarū rex. qui subegit asiā. & vniuersum orientē in potestatē redegit. regnauit annis xxx. continuo successu totius tpis admirabiliter insignis. cui tādē crudelitate ab hostibus scythis cū duocentis militibus persarū. successit filius cāb ipse qui imperio patris egyptū adiecit. scribit ea Iustinus li. i.

f PHRAHATEN. Phrahates inquit qui in regnū psarū restitutus est. nō in numero beatorū sicut vulgus putat. nec enim regnum aut diuitie beatos facit.

g POPVLVMQVE falsis. id est populo disuadet beatū dicere eū qui diues est & nō sapiens. tunc igitur falsis populus vtit vocibus cū beatos appellat diuites aut reges quibus auaritia ineſt spreta virtute. i. temperantia & liberalitate.

h OCVLO irreto. Idest sine cupiditate. & inuidia. Inuidus enim nusquam recta acie spectat. nisi vbi eius mne fuerint. tunc enim latatur maxime. Vnde li. ii. meth. Naso ait de inuidia pallor in ore sedet macies in corpore toto. Nusquam recta acies. liuet rubigine dentes. Risus abest. nisi quem vis fecere dolores.

Argumentum Odes.III

d Elium hortatur ad fortitudinem & temperantiã vt tũ in aduersis tũ ꝓsperis sibi tẽperet eadem ꝙ vultu & mente consistat. Hinc optime Seneca. Nemo desperet meliora lapsis. Nemo cõfidat nimiũ secundis. Cũꝙ moriturꝰ sit ei cõsulit. vt letiori incumbat dũ res & ętas parecꝙ etiã sinũt. Cedet enim relictis agris domo & villa. Nec aliquid interest diues ne ac nobilis an pauper & infimus natus fuerit omnes quippe serius aut citius Chatonis cymbam adibimus. Hoc dicit per totam Odam.



Tertia ode ad Deliũ De tpantia ⁊ liberalitate.

i AEQVAM memento. Aureũ preceptum quo amicum monetvt vtramꝙ fortunã moderate ferat. Ordo est. Memento rebus in arduis seruare mentem ęquam idest immutabilem. Nõ secus in bonis idest prosperis seruare ab insolenti lętitia o deli moriture.

k AB insolenti lętitia. Cicero. li. i. offi. docet. quomodo fortis animꝰ & magnus maxime cernit. Si nulli necꝙ homini necꝙ perturbatione animi nec fortune succumbat. in tẽperantia quoꝙ vtidem ait verecũdia & quasi quidam ornatus vitę oiscꝙ sedatio perturbationũ animi & rerum modus cernitur. Et li. iiii tusc. inquit quemadmodum temperantia sedat appetitiones. efficit vt hę rationi pareant. Sic huic inimica intemperãtia omnem animi statum inflãmat conturbat incitat.

l SEV moestus. Sententia est siue in rebus arduis hoc est aduersis. siue in lętis vixeris moriturus es propterea ꝙ indulge genio. & a sententia quã grauissime proposita. paulatim in epicuream mollitiẽ labit.

m BEATIS. Pro beaueris idest beatum feceris & secundũ epicu

equalem difficilibus.

i

a Equam memẽto rebus in arduis
conseruare aliter ꝓsperis
Seruare mentẽ nõ secus in bonis

i: subito orienti
Ab insolenti temperatam
.i. cui sit omni p.n. illius ad
no motiensũ quem scribit.
Letitia moriture deli

l crudis
Seu mœstus omni tempore vixeris
a fragmia hoim hoc est in siluis
Seu te in remoto gramine per dies
resupinum
recumbentem m
Festos reclinatum beatis

.i. lagena in interiore parte posita
n titulo vini
Interiore nota falerni
in q̃ gramine magna
o p̃
Quo pinus ingens albaꝙ populus
q̃ nobis erarum
pber hospitiũ
Vmbram hospitalem consociare amant
flexuoso
Ramis & obliquo laborat
aqua festinare
q
Lympha fugax trepidare riuo,
r grũa ẽ.
Huc vina & vngenta. & nimiũ breuis
delectabilis
Flores amene ferre iube rose

reorum dogma loquitur qui beatitudinem in voluptate corporis reponunt.

n INTERIORE nota. Antiqui ita vini in cellis condebant. vt que essent precosiora. & ad longius tẽpus duratura interius recondierent reliqua magis ad manus exponerent. Preterea doliũ notabant titulo quo & tẽpus in quo conditũ esset & patriã vini describebant. vnde Iuue. Cras bibet albani si aliquid de mõtibus aut de sinui cuius patriã titulumꝙ senectus deleuit multa veteris fuligine teste.

o PINVS. Arbor. matri deorũ consecrata est. Atqui pinus campos desiderat et populus fluuios. Vnde Virg. Fraxinus in siluis pulcherrima pinus in hortis Popꝰ in fluuiis abies in montibus altis.

p ALBAQVE populus. Interiora enim populi folia alba sunt.

q FVGAX. Aquę epitheton est semper enim labitur.

r HVC vina. idest vbi hospitalẽ consociant pinus et populi & vbi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo.

s BREVIS. Non ad corpus rose magnus enim flos est. sed quod ad tempus breue duret.

t DVM res & ętas hoc est dum est & vnde et dum per ętatem hęc decet facere. et dum fata permittūt viuere. et fila atra sororum patiuntur pro eo quod est dum ipse sorores patiuntur hoc est parce quorū fila sunt atra.

v FILLA atra. Propter mortē dixit atra. aliquando atra fila pro infœlici vita vt alba pro fœlici. Iuue. & pelago postquā parce meliora benigna Densa manu ducūt hilares. & staminis albe lanifice quoniā aūt vita humana initiū habet progressum & finem. Hec tria per tres parcas antiqui notarūt harū noīa sunt Clotho. lachesis et Atropos. Clotho colū cū penso gestat vt sit ortus noster qui materiā viuendi prebet. Lachesis autem filū ex penso ducit id enim est tēpus illud quod ad viuēdū sortiti sumus. Tertia vero filum iam a lachesi ductū obtruncat. quia abrumpit vitam & mortem affert.

x DIVES ne. Ordo est. nil interest an diues natus fueris a prisco inacho an pauper et de gente infima moreris idest habites sub dio idest aere & sine domo victima scilicet eris nihil miserantis orci.

y INACHO. Inachum aūt pro nobilitate generis posuit. Rex enī argiuorum Inachus nobilissimus fuit a quo & fluuius quia in ipso mortuus est nomen accepit vnde & Vir. pro nobilitate. Et turno si prima domus repetatur origo inachus acrisiuq; pater.

familiares.
t iuuenilis
Dum res & ętas & sororum
pmittunt nigra
v
Fila trium patiuntur atra
migrabis a scz oībus diuitijs
tuis bonis
Cedes coemptis saltibus & domo
.i. turbidus vide in .li. i. ode. ij.
Villaq; flauus quam tyberis lauit
cōpositis vt forte tapetibus
Cedes & extructis in altum
vtetur ergo nō tibi sed
illi labores
Diuitijs potietur hęres
nobili
x t
Diues ne prisco natus ab inacho
differt humilis genere
z
Nil inter est an pauper: & infima
aere
De gente sub dyo moreris
eris implacabilis
a
Victima nil miserantis orci
compellimur.
Omnes eodem cogimur omnium
b in c citius
Versatur vrna serius ocius
p morte d
Sors exitura & nos in ęternum
naui charonis
Exilium impositura cymbę.

z PAVPER duas fortune iniurias ponit. quas vulgus maximas putat & quod pauper sit & ignobilis.

a VICTIMA. Veluti victima que Plutoni mactetur. Seruius victimam esse ait que diis pro hostibus deuictis sacrificabatur. hostiā autem que sacrificatur cum sit contra hostes eundum. ergo victima gratias referimus pro beneficio accepto hostia vt illud accipiamus precamur tamen Ouidius ait victima quod dextra ceciditvictrice vocatur hostibus a domitis hostia nomen habet.

b VERSATVR vrna. Ordo est. Sors omniū exitura serius vel ocius et nos impositura cymbę et delicet impositura est nos vt in ęternum dirigat exilium.

c SERIVS vrna. Poetice. q. d. ex vrna sorte educta moriantur homines. Erat romę consuetudo propter infinitas pene causas vt omniū litigantium nomina in vrnam cōiicerent. & forte inde educerent. & quibus primo sortes euenirent illi prius audiebantur eorumq; lites decidebantur Iuue. Expectandus erit qui lites in choet annis hoc nūc ad diuersa moriendi tempora retulit. Horatius.

d ETERNVM. Vltima syllaba abundat. ergo cum sequenti dictione alterius versus scandetur.

Argumentum odes. IIII

e Rat phoceo phillis ancilla: quā certe amore ꝓsequebatur ait poeta id sibi non esse dedecori: Achilles. n. Brisaida: Aiax Tegmessam: Agamennō Cassandram captiuas etiā & ancillas adamarūt. Probat inde phillida quoq; regium genus vti illas habuisse moribusq; & forma nobilem. que omnia decori amatoribus potiusq; dedecori possunt accedere. Hoc dicit

Ode IIII. ad Phoceum de amore ancille.

e Ne sit ancille. Ne sit res amatoria & argumentum comicum in quo probat exemplo achillis non oportere pudere xanthium amoris ancillaris.

f ANCILLE. Ancilla serua. & teste Seruio dicitur ex arci antiqua prepositione quod circum significat. & cilio moueo vnde & forcille quod illis in area fruges moueantur & oscilla quod ore cillantur. i. moueant. sic ancille quia circa dominum vt illi administrent crebro moueant. Festus tñ ancillas dictas vult ab anco rege quod is in bello magno foeminarũ numerũ coeperat. vel quod prisci anculare dicebant ministrare. ex quo dii deeq; coli dicuntur. quibus anculi & anculę nomina sunt.

g BRISEIS. ea quidẽ ab achille rapta fuit ex lyrnesso regia Mynetis ex theba veto Eetionis patris andromache capta fuit Chriseis que sane agamennoni contigit. Ambe autem he vrbes in eo campo erãt. qui postea thebanus campus est appellatus is propter fertilitatẽ pri a mysiis ac lydis postea a grecis infestatus est. Erat autem in cilicia nã cilices in duos diuisi erant principatus alterum Eetionis alterũ mynetis. Erantq; ista oppida lesbo opposita. quibus omnibus priamus iperabat quod achillis verba manifeste declarant vbi ait. Ante tuas noramus opes. spatiosaq; regna que foelix pariter lesbos complectitur & que comprehendit phrygie tellus. ac hellespontus. Tunc quidẽ hec erant postea varia sunt mutationes consecute. Tota autem ora sub troianis in nouem principatus diuisa erat. & sub priamo in bello troiano constituta. & Troia appellata hec omnia ex Strabonis li. xiii.

h TEGMSSE. De hac Ouidius lib. iii. de arte meminit his verbis. Odimus & moestas. Tegmessam diligat aiax nos hilarem populum foemina loeta capit.

i TVRNE. pars pro toto posita est. Turma enim ex triginta equitibus fiebat qui illis pręerat decurio appellabatur.

k ET ademptus hector. Ordo est. Et hector adẽptus tradidit pergama leuiora tolli a fessis graiis. Vnde & Vir. ait Decimum quos distulit hector in annum.

ignominia

n E sit ancille tibi amor pudori
p.n. illius ad quẽ scribit superbum

xanthię phoceu prius insolentem
p.n. digna amoris
g pulchritudine.

Serua briseis niuio colore
tantũ virũ

Mouit achillez.

ex

Mouit aiacem thelamone natum
pulchritudo p.n. captiue quam
h amauit aiax

Forma captiuę dominum tegmessę
.i. agamennon.

Arsit atrides medio in triumpho

Virgine rapta
.i. troiane.

i

Barbare postquam cecidere turmę
achillem intelligit interfectus

k

Thessalo victore & ademptus hector
.i. morte sua auenit imbecillitora
hoc commodũ l

Tradidit fessis leuiora tolli
menia troiana
grecis

Pergama graijs.
p nescis o phoceu diuites

m

Nescias ante generum beati

Phyllidis flaue decorent parentes
parentes regios.

n

Regium certe genus & penates
plorat

o p

Męret iniquos

o

Crede non illam tibi de scelesta
amatam fidem seruantem

Plebe dilectam: neq; sic fidelem
abhorrentem pecuniam

Sic lucro auersam potuisse nasci
turpissima.

Matre pudenda
illius phillidis nõ crassas

r

Brachia & vultum teretesq; suras
.i. castus de me aliquid mali.
ego

Integer laudo: fuge suspicari
festinauit

l

Cuius octauum trepidauit ętas
finire q̃dragesimũ annũ

Claudere lustrũ.

l FESTIS. Decẽnali bello et grauibus preliis ab hectore editis.

m NESCIAS ANte. Potuisset phoceus respõdere poete non mirum esse. quod Achilles Briseida. Tegmessam aiax. agamennon cassandram captiuas & ancillas arserint. ille enim regum filie fuerant. Suam vero phyllida humilẽ esse. Hinc ait poeta illã merere regium genus. moresq; generosos habere vt similem illis ostendat.

n PENATES. Sunt omnes dii qui domi coluntur. vt Seruius ait li. ii. æn.

o MOETET. Quod nihil ei profuerit. vt seruitutem vitaret tristis recordatione sui generis. vt Qualis populea moeret philomena sub vmbra.

p INIQVOS pentesa. i. deos in quorum custodia erat qui iniqui irritiq; illi sint quia in seruitutẽ abduci permiserunt.

q CREDE nõ illã. Coniectura est eo quod solet esse nã que ex plebe sunt non solent iis moribus esse quibus est phillis. sed dicit eam poeta dilectam idest electam. neq; vere simile sit. quod ex matre pudẽda idest ex matre impudica cuius filiam pudere deberet nata sit illa. et fidelis que fidem seruet in amore. & quod aduersa sit lucro & non pecunia corrupatur. Permulti enĩ refert quibus quisq; parentibus natus sit. & vbi educatus. vnde Iuue. scilicet expectas vt tradet mater honestos animeq; alios mores fuit vtile porro filiolã turpi vetule producere turpem.

r SVRAS. SVRA est posterior pars cruris. Est enim tibia os. Sura caro posterior. crus vero ex sura & tybia constet diciturq; crus. quia illo curramus. Est autẽ laus in muliere vt Sure minime turgescant. sed teretes sint.

s INTEGER laudo. Poeta remouet de se suspitionem. ne videatur proferre suum iudiciũ de pulchritudine puellę corruptus eius amore. & vt ille omnem suspitionem amoueat non esse sibi de se suspicãdum. quia cum ante virtutes laudarit integer pulchritudinẽ laudat presertim cum iam quadragenarius sit in qua ętate cupiditates iam rationi cedunt.

Liber Secundus

Argumentum odes. V.

f Ectanti lalagen puellam pulcherrimãq; sed innubilem viroq; immaturã Horatius scribit illam iuuence comparans nondũ valenti thaurum sufferre. Cõsulit igit illius citã adolescentiã expectare velit. tunc enim pterua impudenticq; fronte virum vltro appetet. Crederẽ attamẽ sibi ipsi potius id dicere. Superius enim de lalage inquit quod vbicũq; fuerit illam semper amabit. Hoc dicit

Ode. V. Non tentandas puellas innubiles

t NON dum subacta. Rem turpiusculã allegoria honesta admonetq; sodalem ne eam que adhuc viri potens nõ sit tangat. per comparationem iuuence que nondum thaurum ferre queat.

v MVNIA. Munera. Munus singularem numerum habet. & significat donum vel officium. Munia autem officia solum & maxime que publice prestantur hinc immunes dicunt qui vel etate vel alio priuilegio prestare munia non tenentur neq; singularem habet hoc nomen neq; in plurali aliter cadit.

x CIRCA virẽtis. Ordo est. Nũc est animus tue iuuence solãtis gratia uem estum fluuiis circa virentes campos nũc est animus tue iuuence ludere cum vitulis in vdo salicto.

y VDO. Quia salicta prata irrigua & flumini vicini adamant.

z SALICTO. Locum. signifi-

cat salicibus consertum salices autem dicuntur a saliendo. quia saliunt ideſt breui surgunt & crescũt cum autẽ a quercu dicamus quercetum. a pinu pinetum. ab esculo esculetum sic a salice debet etiã esse salicetum. sed per syncopam salictum proferrimus.

a PREGESTIENTIS. Vehemẽter cupientis. gestire enim est cum rem adeo vehementer cupimus vt corporis gestus id exprimentes cõtinere non valeamus.

b TOLLE cupidinem. Transit in allegoriam immaturevuę. cõparans viriditatem adhuc puelle virginitati.

c RACEMOS. Racemus botrionis pars vt Seruius docet.

d IAM te sequetur. Quę te nunc acerbitate etatis refugit. paulo post matura vltro petet te.

n Ondum subacta ferre iugũ valet
Ceruice nondum munia cõparis
Aequare nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus:
Circa virentis est animus tuę
Campos iuuence nunc fluuios grauem
Solantis estum nunc in hudo
Ludere cum vitulis salicto
Prẽgestientis tolle cupidinem
Immitis vuę: iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore
Iam te sequetur: curret enim ferox
Aetas: & illi quos tibi dempserit

e PROTEVA fronte. In fronte dicunt esse pudorem. pudori frontem dedicatam esse volunt. ergo proterua fronte idest petulanti vt ostendat illam iam pudorem abiecisse. ecōtra de didone. vir. tū breuiter dido vultum demissa profatur.

f PHOLOE. De hac li. i. ode vero. xxxiii. etiam dixit cyrus in aperā declinat pholoen sed prius apulis iungentur capreę lupis. Quam turpi pholoe peccet adultero.

g VT pura. Comparatio perpulchra. quemadmodum luna pura idest nulla nube impedita resplendet in mari nocturno idest ipsa nocturno tempore resplendet in mari. nam si in aqua limpida trāquillaq; lunam conspicias splendida omnino apparet. possumus etiam per hyppalogen proferre. mare renidet luna nocturna. nam ex eius lumine repercussum, vehementer splendet.

h QVEM si. Sensus est Si tu admisceas puellis aut canentibus: aut saltantibus falleret non nos ciues qui illum cognoscimus. sed hospites qui quoniam peregrini sunt nō hactenus viderunt. nunc autem cū tanta illi viginea facie similitudo cū puellis sit poterit haberi sagax idest solers & acutus ad inuestigādū sit.

impudenti
e
Apponet annos: iam proterua
p.n amice
Fronte petet lalage maritum
ab oībus tantum
f
Dilecta quantum non pholoe fugax
formose puelle nomen
Non cloris albo sic humero nitens.
sicut / resplendet
g
Vt pura nocturno renidet
ex gnydo insula p.n. pueri pulcherrimi
Luna mari: gnydiusq; gyges,
puerum gygen.
h
Quem si puellarum intersis choro
.i. deciperet .i. peregrinos q̄bus ante non cognitus esset
Mire sagaces falleret hospites
.i. incognita differentia intonsis
Discrimen obscurum solutis
an scz puelle an puer esset.
Crinibus ambiguoq; vultu

Argumentum odes. VI.

Septimio amicissimo suo poeta scribens: ait secum in vltimas etiam & asperrimas orbis oras iturum esse quod sane maximam eius beniuolentiam arguit. Optat inde tibur senecte sedes haberi possit. quod si parce non dederint petet inquit Tarentum cuius quidem regio sibi preter omnes arridet. Abundat enim melle. vino. oleo & temperie summa. Hortatur itaq; Septimium velit eo secum pergere. Vbi defuncto sibi valeat debitas emittere lachrimas. Hoc dicit.

Ode. VI. ad Septimiũ de Tybure ⁊ Tharento

adibis

i GADES. Insulę sunt hispanię in vltima parte oceani.

k CANTABRVM. Cantabri populi sunt in hispania taroconensi ad oceanum vt docet ptolomeus li. ii. Eos autem & vicinas illis gentes quę latrocinia retinebant Augustus oppressit. vt scribit Strabo libro. iii.

l MAVRA vnda. Quia sunt in mari mauritano.

m AESTVAT. Quia assidua reuolutione harenarum veluti feruens exundat.

n TIBVR argeo. Quod condidit tiburtus argius vi. supra ode. ii. vi. li.

o SIT modus lasso. Ordo est. lasso mihi sit modus maris. viarum & militię.

p GALESVS. Vt dixit Liuius li. v. de secundo bello punico. calabrie flumen. est tarento proximum per quinq; milia passuum. Et Plinius li. viii. scribit Tarentinas oues suluas esse.

q PHALANTO. Hoc duce lacones Tarentum appollinis oraculo condiderunt de quo multa Strabo li. vi.

s Eptimi gades aditure mecum: &
nondũ sunt assueti imperio romano

k Cantabrum indoctũ iuga ferre nr̃a: &
inhabitabiles

l Barbaras syrtes: vbi maura semper

m Aestuat vnda
vide ode. vij. li. i. conditum

n Tybur argeo positum colono
domicilium

Sit meę sedes vtinam senecte
.i. finis nauigationis

o Sit modus lasso maris & viarum

Militięq;
a quo tybure dee fatales de q̃bus supra in iij. ode. ij. li.

Vnde si prohibent parcę iniquę:

p Dulce pellitis ouibus galesi

Flumen & regnata petam laconi
p. n. ducis

q Rura phalanto
scz angulos

horatio.

Ille terrarum mihi preter omnis
tarentine ciuitatis in quo tarento

r Angulus ridet. vbi non hymeto
procedunt

s Mella decedunt: viridiq; certat
oliua

t Bacca venafro
in tarento scz

v Ver vbi longum tepidasq; p̃rebet
hiemes

x Iuppiter brumas: & amicus aulon
optimis vinis

Fertilis bacho mi uimumq; falernis

Inuidet vuis
fertiles

Ille te mecum locus & beate
montes nuper exustam

z Postulant arces ibi tu calentem
.i. merita ⁊ amica

a Debita sparges lachrima fauillam

Vatis amici.

r HyMETVS. Mons est nobilis in attica qui mel gignit optimũ vt Strabo ait li. ix. Qui etiam li. vi. scribit Tarentinam oram fructuũ bonitate precellentem. nam & mel eius & vellero vehemẽter laudant.

s VIRIDIQVE certat. Sententia est: quod oliuę huiꝰ agri equipearĩ possũt iis quę oriunt̃ in venaphro.

t VENAFRO viridi. idest oleo venafrano. nam laudes habet oleo totus venefranus ager. maxime planis finitimus aruis. Auctor est Strabo li. v. de campania loquens.

v Ver vbi longum. Ver non spacium trium mensium. sed dicit longum. quia & in hyeme tale temperamentum aeris est. quale solet esse in vere. vnde addit tepidas hyemes

x Et amicus aulon. Ordo est. & aulon fertilis amicus bacho.

y AVLON. Locus est cõtra tarentinam regionẽ ferax optimi vini vt porphirio inquit.

z IBI tu calentem. Ordo est. ibi sparges tu calentem fauillam vatis amici debita lachrima. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera concremare. ideo defuncti fauillam dixit.

a FAVILLAM. Cinerem extinctum dicimus. scintillã accensam.

Argumentum odes. VII.

a D pompilium varum scribit gaudens eius in patriam reditum: quem comilitionem sibi in castris bruti & cassij fuisse commemorat: et b elli ciuilis euasisse pericula Augusto victore: qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit. Hoc dicit.

Ode. VII. ad Pompilium sodalem ⁊ commilitonē

b O SEPE. Est autem ordo. O pompei prime meorum sodaliū sępe mecum in vltimum tempus deducte Bruto militię duce quis diis patriis & italo celo redonauit te quiritem. cum quo sępe mero fregi diem morantem coronatus capillos nitentes sirio malobathro.

c CORONATVS capillos. per synedochen. q.d. habens coronatos capillos. vt oculos suffusa nitentes.

d MALOBATHRO. Malobathrum vnguenti speciem esse scimus.

e PHILIPPOS. Philippi campi thessalici sunt dicti: regio equis amica: et in his primo a cęsare et a pompeio. deinde ab octauiano antonioq; atq; cleopatra. & a bruto & cassio pugnatum est. Vir. Ergo in

in vite meram

b

o Sepe mecum tempus in vltimū

de illo duce late in li. i. ode. xiij.

Deducte bruto militię duce

redire fecit ciuem romanum

Quis te redonauit quiritem

Dijs patrijs: italoq; celo

sotiorū

Pompili meorum prime sodalium

pompeio estiuum vel longū hoc ē cōuiuio in

Cum quo morantem sepe diem mero

consumpsi splendentes

c

Fregi coronatus nitentes

vnguento quod sirij conficiunt

d

Malobathro syrio capillos

plium in philippicis campis

e repentinam.

Tecum philippos: & celerem fugam

f

Sensi relicta non bene parmula

bruti e cassij,

⁊ ceterorum g

Cum fracta virtus & minaces turmę

.i. terram barba ⁊ facie.

.q.d. oppetiere

Turpe solum tetigere mento:

horatium de quo ode. x

h vel ox

Sed me per hostes mercurius celer

timentem .i. nube

Denso pauentem sustulit aere

ter sese partibus concurrere telis: Romanas acies iterum videre philippi.

f PARMVLA. Diminutiuum a parma hęc autem breue scutum est quo pedites vtebantur. Virgil. Parmaq; in glorius alba.

g MINACES. Propterea turpe pro turpiter ceciderunt: quia minaces erant. nam turpe est hominiuinci. cum minatus fuerit. vel dicam turpe solum idest cruore fœdatū.

h SED me p̄. Iucunde se dixit a Mercurio liberatum. vel quod furtim fugisset & celerem ostenderet fugam. vel quod poetę ad mercurium spectare dicuntur.

i TE rursus. Ordo est. Te rursus in bellum tulit vnda sorbens fretis ęstuosis. i. mentis furor.
k LATVS. Totum corpus intelligit. sed defatigatio maxime in latere sentitur.
l Cadis vi. ode xxx. v. li. i.

m MASSICO. A monte campanie de quo. i. ode. li. i.
n CIBORIA. i. pocula nam proprie sunt folia colocasie. in quorũ similitudinem pocula facta eodẽ nomine appellantur Auctor est porphirio.

o CONCHIS. Piscium testis in quibus vngenta seruabantur.
p VDO apio. i. viridi vel quod in aquosis locis nascitur.

q VENVS. Talorum iactum significat. Talus enim sex laterũ erat in quibus canis afferebat iacturam. erat enim vnius punctivt scribit pollux. Venus et senio lucrum.

iterum
l
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit ęstuosis.
debitam conuiuium
Ergo obligatam redde ioui dapem
defatigatum k
Longaq; fessum militia latus
intelligendũ apud poete domum laurũ fuisse
Depone sub lauro mea: nec
.i. vasis vinarijs
l deputatis
Parce cadis tibi destinatis.
qnia illud vinũ curarũ obliuionẽ inducit
polita m
Obliuioso leuia massico
bibendo euacua amplis
n
Ciboria exple: funde capacibus
interrogat cũ exhortatõne
o p
Vngenta de conchis? quis vdo
.i. valde ꝓperare
s. a nobis
Deproperare aperio coronas
scz nobis ꝓpter venerem dixit .i. dominum
ꝓ vel q
Curat ve myrto, quem venus arbitrum
constituet. modestius imo
veque modeste
Dicet bibendi: non ego sanius
illis populis. ad hospicium.
r
Bachabor ędonis recepto
vehementer letari
Duce mihi furere est amico

Persius. Quid dexter senso feret scire erat in voto damnosa canicula quãtum raderet. Augustus preterea scribit. Talis iactis vt quisq; canem aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios cõferebat in medium. quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat. propertius. Me quoq; per talos venerẽ querente secundos semper damnosi subsiliere canes. Qui iactus sex continebat senio dicebatur. Qui vero vnum canis. Acron autem scribit quod veneris iactus in talis habebat tricenariũ numerum Plautus in asinaria. hoc venereum est. pueri plaudite & mih obiactum cantharo mulsum date.

r EDONIS. Edoni thracię populi sunt accolentes hebrũ fluuiũ vt scribit plinius li. iiii. Quod autẽ thraces vino bachentur ode. xxvii ostendit his verbis natis in vsum lęticie scyphis pugnare thracũ est.

Argumentum odes. VIII.

b Arynem meretricem periuram poeta alloquitur. non enim vota persoluerat nec pacta sibi seruauerat. Dicit aũt si poena aliq̃ vel etiã minima propter ipsa periuria afficeretur: crederet deos esse vel illos curare mortalia. At vbi periurijs pulchrior efficitur. Maternos cineres & signa cum toto celo deosq; ip̃os epedit fallere. quippe periuria omnia Venus nymphe & cupido rident. Hinc & ei amotorum numerus passim affluit. Hoc dicit.

Ode. VIII. Ad Barinem meretricē De periurio.

s VLLA si iuris. Scęnicum principium in barinem meretricem. intelligitur enim per hanc inuectionem aliquos precessisse sermones quibus noctem sibi eadem barina iureiurando ꝓmiserit. dehinc post quam fefellit eum in hęc verba velut amantem erupisse.

t IRIS peierati. Peierare est iusiurandum rumpere. & fit ex per et iuro. sed. v. in. e. mutatur & subtrahitur in verbo. in nomine autem manet. nam dicimus per iurium. & non peierium.

v PVBLICA CVra. Publicus amor. nam omnes tuo amore ardent. ostēdit autem in hoc loco naturam amantium. qui quanto infœliciores sibi res suam in amore & quanto magis decipiuntur. tanto sibi quā amant pulchrior videt

x OPERTOS. Vrna conditos. Erat autē hoc apud priscos haud contemnendum iusiurandū. Vir. Per patrios cineres per spes surgentis iuli.

y ET signa ta. noc. More oratorio tendit ad grauiora. Non enim solum fallit mortales scilicet matrē sed et celestia. quoniam ipsa sidera sed deniq; ipsos immortales deos.

z SIGNA. Omēs imagines ex pluribus stellis configuratas signa appellant. precipue illa. xii. signa que in zodiaco sunt. Refert autem Plinius septuagita duorum signorū cognitionē habere astrologos in quibus sunt mille sexcente stelle. Signa autem taciturna dixit ꝓpter lunam & sydera interdiu latentia quę noctis signa dicuntur. quoniā in ea apparent. interdiu autem tacere dicuntur cum nō appareant. vnde & luna silens vel tacita dicitur cum non lucet. vel dicas taciturna signa noctis pro taciturnę noctis nox enim tacita dicitur. quia tunc pene omnia tacere solēt hinc Oui. li. i. tristium inquit. iamq; quiescebant voces hominumq; canumq; Lunaq; nocturnos alta regebat equos. quod autem per sydera etiā iurarent li xii. æn. Virg. ostendit his verbis hęc eadem ænea terrā mare sydera iuro.

iurandi non obseruati

s t

v Lla si iuris tibi peierati

Poena barine nocuisset vnquam

q. d. si minima parte corporis fieres turpior credentem. &c.

Dente si nigro fieres vel vno

deformior

Turpior vngui

deos cuiare humana postquam

duouisti

Crederem: sed tu simul obligasti

ad vota reddenda

quin potius splendes

Perfidum votis caput: enitescis

amatorum exis

Pulchrior multo: iuuenumq; prodis

omnes. n. te apperū

v

Publica cura

vtile est

x

Expedit matris cineres opertos

.i. lunam et sydera

y

Fallere: & toto taciturna noctis

.i. sydera ab effectu deos

z

Signa cum celo: gelidaq; diuos

Morte carentes

asseuero que amantibus facilis est

Ridet hoc inquam venus ipsa rident

a

Simplices nymphe ferus & cupido

b

Semper ardentes acuens sagittas

c

Cote cruēnta.

iuuentus.

d e

Adde quod pubes tibi crescit omnis

turba seruorum

Seruitus crescit noua nec priores

quia periura.

domum

Impię tectum domine relinquunt

f

Sepe minaci.

meretricem ne vorentur a meretrice adolentibus barinem.

g

Te suis matres metuunt iuuencis

auari

h i

Te senes parci: misereq; nuper

Virgines nupte: tua ne retardet

splendor

Aura maritos.

a FERVS & cupido. NVmen cupidinis demōstrat immite et implacabile. & quod ignoscere nesciret nisi voluntatem veneris & iudicium sequetur. vt Virgil. Iamq; ibat dicto parans et dena cupido.

b SEMPER ardentes sagit. Propertius item de cupidine. Et merito hamatis manus est armata sagittis. & pharetra ex humero gnosia vtroq; iacet Ante ferit quoniam tuti quā cernimus hostem. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Ardentes autem sagittas dixit poeta propter faces quas etiam cum sagittis habet nam ex immensa sollicitudine amatorum corda ardere videntur.

c COTE cruenta. Idest sagittas cruētas acuit cote. vel dixit cruentā cotem. q. aspersam sanguine sagittarum que in ea acuuntur. Cotem autem speciem lapidis dicūt in qua ferrum acuitur. ipse alibi fungar vice cotis acutum reddere quę ferrū valet expers ipsa secandi.

d ADDE. Adiunge his, que tibi creuerunt ex periurio.

e OMNIS. tibi crescit. q. d. omnes qui crescunt et crescendo in etatem veniunt amori aptam tui futuri sunt. neq; exemplo eorum quos lusisti deterrentur.

f SEPE minaci. Ostendit quantum ab amatoribus diligatur. nā cum eis etiam minax esset & asperrima. attamen eam relinquere non poterant.

g TE suis ma. Exaggerat quanta sit amatorū turba. cum ipsa petatur. & a tenellis qui adhuc in materna potius quā paterna potestate sint. idcirco appellat iuuēcos. q. qui adhuc matrem sequantur.

h TE senes parci. Metuebāt ergo potissimum diuitiis suis.

i MISEREQVE nuper vir. Zelotopia mouētur que maxime torquet nouas nuptas. que nuper asuētę amori perdite amant. & ob hoc misere.

Argumentum odes.IX.

o Bierat valgio puer clarissim⁹: vñ plus ęq̄ dolore afficiebat. Hinc Horati⁹ eũ solari cupiẽs ꝑ simi litudines: inqt nõ sꝑ manare pluuias: nõ semꝑ in mari ꝓcellas esse: nõ semꝑ esse in armenia gla ciem: nõ sꝑ aqlonibus vexari siluas. hoc est nõ semꝑ in reb⁹ esse ꝑturbatões & aduersa: ipe tñ cõtinue sibi puerũ ademptũ lachrimabat nulla quiete habita: Et cũ nestor Antilochũ filiũ apud troiã extinctũ nõ oĩs suę vitę ãnos plorauerit. Nec etia Troilũ parentes sororesq; fleuerint sꝑ. Debet etiã ipe multo magis abstinere a q̄relis. Augustiq; cęsaris nouã medorũ victoriã vna secũ decantare. Hoc dicit.

Ode.IX. ad Valgium de fletu Miste pueri

k NON semper. Demõstrat hac ode nõ semper lugendum esse. sed omnium rerum fieri vicissitudinẽ non enim semper imbres &c.

l MARE caspiũ. id ad mare septẽ trionem est vt Strabo docet lib. xi. qui etiam li. v. ait mare caspium a plerisq; vocari hircanum.

m PROCELLE iequales. quia vndatim irruunt. est autem procel la secundum Seruium aqua vento admixta. Plinius autẽ dicit esse re pentinos flatus. qui exhalantes eter ra gignunt ventos qui maiore illa ti põdere incursusq; si late sicca ru perint nubem procellam gignunt que gręcę cenephias dicitur hic ce pit pro vehementiori vento.

n ARMENIIS in oris. Arme nia maior est & minor. est autem ad septẽtrionem. de qua legito pto lomeum. li. v. Et Strabo li. xi.

o AQVILONIBVS. Hic ven tus a vehementissimo volatu in star aquile appellatur.

de incultos
l2
n On sꝑ imbres nubibus hispidos
ꝓsiliunt nec semper species ꝓ
erumpunt l genere
Manant in agros: aut mare caspiũ
irruunt .i. asperrimi venti
ꝛ tempestates m
Vexant inęquales procellę.
semper
n
Vsq; nec armenijs in oris
hic incipit ordo horret inertes reddẽs
.p.n.
Amice valgi stat glacies iners
species ꝓ genere
o
Menses per omnes aut aquilonibus
loca quercubus conserta vrgentur
p
Querceta gargani laborant
priuantur speciẽ ꝓ genere posuit
q
Et folijs viduantur orni
valgie fatigas .i. luctuosis versibus
Tu semper vrges flebilibus modis
p.n. pueri mortuum r
Mysten ademptum: nec tibi vespero
i. in occasu recedunt
apparente
Surgente decedunt amores
.i. mane ipso
Nec rapidum fugiente solem.

p GARGANI. Garganus pro montorium est prope apuliam ad stadia. ccc. protendens in pelagus orientem prospectans vt Strabo ait lib. vi.

q ORNI. Pro quibuscumq; ar boribus posuit de ornis plura legi to ode. ix. li. ꝑ. i.

r VESPERO. plinius li. ii. c. viii. de venere ait. quod hęc stella cum solem pręcedit lucifer dicitur & an te ortum solis apparet in oriente. cum subsequitur. hesper & vesper & hesperus vesperusq; appellatur videturq; in occasu statim postq̄ sol occidit. primusq; pithagoras eã dem esse stellã deprehendat hespe rum & luciferum in lucifero colo re gaudentem. in hespero fulgentẽ videmus. nunquam a sole longius gradibus quadraginta sex discedit Genitalis roscida prospera & salu taris est.

p AT non. Ostenderat fieri mutationē in rebus naturalibus. nūc idem probat hominum exemplis.
t TER ęuo functus, Periphrasis est nestoris. qui apud Ouidium inquit. vixi annos bis centum. nunc tertia viuitur ętas.
v ANTILOCHVM. Hic filius nestoris ex euridice fuit ab hectore in prelio cęsus. Ouidius. i. li. episto. Siue quis antilochum narrabat ab hectore victum. Antilochus nostri causa timoris erat.
x IMPVBEM. Erat enim lugēdus. & quia filius. & quia bonus filius. & quia adolescens. cum illa ętas etiam externas lachrimas excutere possit. & tamen luctui imposuit modum. ergo & te idem facere decet. cum amiseris nō filium sed seruum.
y TROILVM. Is priami filius qui puer adhuc ab achille i pugna cęsus est. Vir. Parte alia fugiēs amissis troilus armis. infoelix puer atq; impar congressus achilli.
z DESINE mollium que. idest a mollibus querelis cōstructio gręca: & poetis potius quam ceteris scriptoribus concessa.
a ET potius can. q. d. melius remoto luctu. cesaris facta cantem⁹
b TROPHEA augusti. Scribit Suetonius. quod parthi quoq; au

potitus ergo magis dolendum.

At non ter ęuo functus amabilem
fleuit
v
Plorauit omnes antil ochum senex
imberbem.
x
Annos: nec impubem parentes
cassandra polixena
y p.n. ꝛ creusa vxor ence
Troilum aut phrigie sorores
nō ad virū pertinentiū
z
Fleuere semper. desine mollium
post diuturnū luctū a .i. magna.
Tandem querelarum: & potius noua
lyricis carminibus
b
Cantemus augusti trophea
c
Cęsaris. & rigidum nyphaten
.i. in numerū victarum gentiū accessisse
d
Medumq; flumen gentibus additum
aquas
e
Victis: minores voluere vortices
constitutum terminum
f g
Intraq; prescriptum gelonos
a cesare determinatis.
.i. vagari
Exiguis ęquitare campis

gusto & armeniā vendicanti facile cesserūt & signa militaria quę. M. Crasso. & M. antonio ademerant reposcenti reddiderunt. obsidesq; insuper obtulerunt. Scythas quoq; pellexit ad amicitiā suā populi romani vltro per legatos petendam
c NyPHATEN. nyphates mōs est in armenia Masio mōti orientē versus iminens vt Strabo li. xi. docuit. Poete autē dant quodāmodo sensum fluminibus, vt se victos fateantur. Virg. Euphrates ibat iam mollior vndis. & alibi. Pontem indignatus araxes.
d MEDVMQVE flumen. Euphraten indorum amnem vult intelligi. Ordo autem est. cantemus medum flumen voluere minores vortices additum victis gentibus.
e VORTICES. Vortex aqua in se retorta. vel quicquid similiter vertitur. inde propter flexum capillorum pars summa capitis. id fabius li. viii. docet.
f INTRAQVE prescriptū. August⁹ eni fines gelonis statuit. quos victi egredi non auderent. sed prescriptis limitibus tenerent. cū ante vbi libuisset excurrent.
g GELONOS. Geloni vt Solinus scribit populi sunt in scythia. qui de hostium cutibus. & sibi indumenta faciunt. & equis suis tegmina.

Argumentum odes Decime

Lycinio poeta scribit hortans eum ad temperantiam & mediocritatem. nam qui summa petunt multis ac varijs casibus opponuntur: & inde grauius decidūt. Qui vero infima tenent: ignaui semper habentur: & nullius sunt precij. ad illud etiam exhortatur ne scꝫ desperet meliora lapsis. neue confidat nimium secundis. est enim omnium rerum vicissitudo vt & Therentius scribit. Hoc dicit.

Ode.x.ad lycinium de mediocritate

h RECTIVS viues. Ordo est. o lycini rectius viues neq; semper vrgendo altum. neq; nimiũ premendo littus iniquum. dũ cautus horrescis procellas.

i AVREAM MEdiocritatem. Philosophus li. iiii. politicorũ scribit. quod in omni ciuitate sunt tres speties hominum. Diuites. pauperes. & mediocres. inter quos optimi sunt mediocres. quia medium semper est optimum.

k TVTVS. Philosophus idem li. iiii. politicorũ scribit mediocres ciues magis saluari quoniam nec insidias patiunturt. nec fraudes faciunt. vt alii qua propter sine periculo viuunt. ibidẽ quoq; ait. quanto magis aliquid accedit ad mediũ tanto melius quanto magis distat a medio tanto peius. & li. ii. ethicorum ait. quod exuperatio & defectio bonum ipsum corrumpunt. mediocritas vero cõseruat.

l SEPIVS VEntis. Metaphora ab arboribus & ędificiis tanquã maiora & in alto posita periculis semper subiacere & casibus vt Iuuenalis numerosa parabat excelsę turris tabulata vnde altior esset casus. & impulse preceps immane ruine. Et alludit ad illud Ouidii. Summa petit liuor. perflant altissima venti. Summa petunt dextra fulmina missa iouis.

☞ m SPERAT ifestis. Ostẽdit poeta oportere animum sapientis

felicius .i. pelagus
h
RECtius viues lycini neq; altum
instanter petendo casus arduos ꝛ pericula.
Semper vrgendo: ne dũ procellas
qui cupis esse cautus
Cautus horrescis nimium premendo
ꝓpter vada ꝛ saxa nautis periculosum
Littus iniquum
.i. felicem ꝛ pulcherrimam mediũ inter extrema
Auream quisq; mediocritatem.
securus inquinari ꝛ polluti
h
Diligit tutus caret obsoleti
paupertate .i. sublimi ex q̃ inuidia oritur
Sordibus tecti: caret inuidenda
temperatus regia
Sobrius aula
magna.
Sepius ventis agitatur ingens
Pinus: & celse grauiore casu
percutiunt
Decidunt turres: feriuntq; summos
Fulgura mõtes
aduersis
m
Sperat in festis metuit secundis
fortunã bonam instituturum aut malam
Alteram sortem bene preparatum
turpissimas tempestates. bonorũ aũt ꝛ malorũ vicicissitudines ostendit.
Pectus informes hyemes reducit
aer
Iupiter idem
abducit in futurũ
n
Submouet non si male nunc & olim
quandoq;
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat musam neq; semper arcum
vt feriat
Tendit apollo
in difficilibus plenus aĩo. i. fortitudine
o
Rebus angustis animosus atq;
obtempera.
p
Fortis appare: sapienter idem
supprimes ꝓspero
Contrahes vento nimium secundo
inflata
Turgida vela

ita se habere vt in mediocritate se cõtinens. & rebus secundis aduersas & aduersis secundas euenire posse arbitretur. vt nihil illum incautũ improuidumq; opprimat. sed aduersus omnes suos ictus armatũ fortuna inueniat.

n SVBMOVET. dat diuinitatis exempla. & primo per imitationes temporum per que sperare in aduersis semper fortes esse debeamus. quemadmodum enim Iupiter qui aer est non semper inducit hyemes. sed post illas infert mitia tempora. sic & appollo non semp arcu ferit. sed illo posito demulcetur lyra.

☞ o REBVS angu. Conclusio aurea. & ex intima veraq; philosophia prompta. Nam fœlices nunquam in vita erimus. nisi nature que paruis minimisq; contenta est obtemperemus. Deinde res angustas & difficiles forti et inuicto animo perferamus. & secundis nullo pacto efferamur neq; ĩtumescam⁹.

p SAPIENTER idem con. vẽ. dicit si vela turgent nimis secundo vento contrahe. ne nimis inflentur Carmen omnino dignum tanto poeta. in quo cum grauissima & ad mores emendandos aprime vtilia proferat. tamen suis methaphoris atq; exemplis tristem grauitatẽ multa iocunditate exhilarat.

Argumentum odes.xi.

q Vintum hirpinū aliena q̄renda minime esse admonet. suadet etiā victus & gaze eū sollicitum esse non debere. Cū paucis natura cōtenta sit. Inuitat hinc illū ad lętiorem cōmodioremq; vitandum iuuenis est: superueniet namq; senectus voluptatum immunis & expers. Hoc dicit.

Ode.xi.ad Quintium hypinum de leta vita

a QVID bellicosus. Suadet hirpino. vt omittat futurorum curā. presertim earum rerum que longa absunt. & vite breui indulgeat. & vt superior oda a stoica secta proficiscebatur. nunc contra epicureā redolet cupit enim volumen varietate carminis distinguere atq; illustrare.

b CANTHABER & scythes. de canthabris & scythiis dictū est in superioribus. ode quinta.ii.lib. & ode.xix.i.lib.

c HADRIA obiecto. Hic hadria pro mari posuit masculino genere. & non neutro vt quidā aiūt Lucanus lib.v.sonat ionio vagus hadria ponto. De mari vero adriatico superius dictum est.

d POSCENTIS pauca. Natura enim paucis est contenta. Hinc Lucanus ait. Satis est populis fluuiusq; ceresq;.

e FVGIT re.le.ui. Ouidius etiam li.iii.de arte inquit vtendum est ętate cito pede labitur ętas &c.

☞f ARIDA canicie. Macrobius li.vii.scribit. Caniciem ex nimio humore fieri. quod phlegma vocatur nam ideo albi sunt cani. quia calorem humoris quo nutriuntur imitant. Latius tamen videto ode.ix.

q Vid bellicosus cāthaber & scythes
p.n. illius ad quem scribit
Hirpine quinti cogitet hadria
postponas
ꝑuifacias.
Diuisus obiecto remittas
anxius sis
Querere: nec trepides in vsum
vite
Poscentis ęui pauca: fugit retro
lasciua pulchritudo
Leuis iuuentas & decor: arida
fugante illa enim eras lasciuiam omnem excludit
Pellente lasciuos amores
senecta .i.mitem ꝛ quietum.
Canitię facilemq; somnum:
pulchritudo.
Non semper idem floribus est honor
qui maxime in vere nascuntur
Vernis: neq; vno luna rubens nitet
splendet
.i.qui nō est par eternorum consiliorum
Vultu: quid eternis minorem
maceras
Consilijs animum fatigas

g FACILEMQVE somnū Nequeūt enim senes dormire propter morborum molestiam. hinc ait Iuuenalis sat x circūsilit agmie facto morborum omne genus ille humero hic lumbis hic coxa debilis. ambos perdidit ille oculos. & luscis inuidet. Huius pallida labra cibum capiunt digitis alienis. iuuenibus autem facilis est somnus.

h NON semper. Comparat floribus adolescentiam. ac iuuentam. sicuti enim illi paruo tempore vigent. sic ipsi iuuenes cito desinunt senectutis aduentu.

v PLERVMQVE grate. Vicissitudinem rerum dicit gratam sole re diuitibus quos interdum post diuitias & copias delectat familiarum mediocritas. Ordo autem est plerumq; mundę cœnę grate vices diuitibus sine aulęis et ostro super paruo lare pauperum explicue re sollicitam frontem.

x EXPLICVERE. sol. fron. i. hilarem reddidere. nā mesti frontem in rugas contrahunt. cōtra vero ex letitia frontem explicamus et sine rugis extendimus. Vnde illud therentianum est ex porge frontē.

y IAM clarus. Propter imminentem estum mecenatem ad hilaritatem inuitat. Clarus pater habet enī cepheus stellas .xix. vt higinus ostendit. Andromede pater idest cepheus de quo late li. iiii. metha. Et apud higinum. Columella aūt li. xii. scribit septimo idus iulias cepheum vespere oriri. idibus autem iuliis procyon exoritur mane. Terciodecimo cal. augu. Sol in leonē transitum facit Nono autem cal. augu. leonis in pectore clare stella exoritur.

z VESANI leonis. Signum septentrionale est. collocatum enim iuxta cancrum in quo estiuum sol sticium fit. dicūt idcirco inter astra a ioue collocatum esse leonē quod ceteris bestiis excellat. Alii volunt in archadia illō iussu iunonis nutritum. vt herculem perderet sed ab hercule iussu Eurysthei siluam ne mea fuisse cesum.

a TACITVRNA. Quia cum non commouentur ventis nullū murmur edit.

b TV ciuitatem. Ostendit autem mecenatem prefectum vrbis eo tempore fuisse.

c BACTRA. In scythia sunt bactra vrbs. que etiam zariaspa appellata est. vt Strabo docet li. xi.

d TANAISQVE Discors. Is fluuius est qui europā ab asia disiungit atq; ambarum fines vtrimq; perlambens in boream versus per sauromatas in scythiam vsq; atq; in meotidis paludem protenditur oritur autem ex indie montibus Auctores sunt Dionisius & Strabo li. xi. discors autem ve quia europam ab asia disiuugit vel propter populorum seditionem.

e PRVDENS futuri. Ostendit deum prudenter futura celasse homines quade re illi minime ea curare debent. presentiaq; tantum sumere. Ordo est. prudens premit deus exitum futuri temporis caliginosa nocte & ridet si mortalis trepidat vltra fas.

f CETERA fluminis. Comparat res humanas fluminibus que modo placida fiunt. modo inquieta imbrium. copia ita & hominū res lętę subitis aduersis turbantur. Ordo autem est. cetera ferūtur ritu fluminis nunc cum pace dilabentis in ethruscū mare medio alueo nunc voluentis vna adesos lapides & raptas stirpes & pecus & domos.

g STIRPESQVE raptas Extirpatas. vt rapidus montano flumine torrens sternit agros.

h ILLE potens sui. Deest ille felix est qui modum vitę sue habet

moliantur
c d
Bactra parent tanaisq; discors
e finem rerum
Prudens futuri temporis exitum
ignorantia comprimit
Caliginosa nocte premit deus/
de
Ridetq; si mortalis vltra
in presenti
Fas trepidat/ quod adest memento
finire benignus ea q̄ futura sunt
f
Componere equus. cetera fluminis
modo
Ritu feruntur. nunc medio alueo
thyrrenum
Cum pace delabentis hetruscum
In mare/ nunc lapides adesos
s. syluarum
g
Stirpesq; raptas & pecus & domos
Voluentis vna/ non sine montium
sonitu
Clamore vicineq; siluę
crudele diluuium
Cum fera diluuies quietos
concitat h quisq; homo compos sui
Irritat amnes. ille potens sui
viuens
Letusq; degens cui licet in diem
i nigra
Dixisse vixi. cras vel atra
celum p occupet
Nube polum pater occupato:
bonum
Vel sole puro: non tamen irritum
i2 .i. quod preteritum est
Quodcunq; retro est efficiet. neq;
destruet q. non factum
Diffinget infectumq; reddet
ptransiens tempus attulit
Quod fugiens semel hora vexit
l aduerso
Fortuna sęuo lęta negotio: &
cudelem pseuerans
m
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores:
Nunc mihi nunc alij benigna
stabilem a me celer
Laudo manentem sceleris quatit
reddo scz fortuna
Pennas resigno que dedit & mea
animi mei munio puram mentem
n
Virtute me inuoluo. probamq;

siue qui futura non curat. Sensus autem est. qui se totum in potestate continet. neq; habet in illo ius aliquod fortuna. quod cum facit homo semper letus viuet & in diem idest singulis diebus potest dicere vixi. quia sine perturbatione fuit. Nam non dicitur viuere qui infeliciter viuit.

i CRAS vel atra. Perseuerat persuadere presentia tantum curanda nec futuris animum cōmodari.

k QVODCVMQVE retro est. Sensus est. quod preterita nullo pacto etiam iupiter potest destruere & infecta reddere. Est autem vniuersa hec ratio ex stoica grauitate de prompta. qui preter virtutem nihil in bonis enumerant. Ergo si fortuna illis aridet. accipiunt quidē commoda fortunę. non tamen vt inde se beatos fieri putent. sed tamē illa incommodis preferenda putāt Sinautem immutetur tunc illius commoda sine perturbatione dimittunt.

l FORTVNA sęuo & c. Que delectatur incertis. & inquietudine hominū gaudet. prospera mutat aduersis.

m INSOLENTEM. iniquum nouum. Iuuena. quotiens voluit fortuna iocari.

n VIRTVTE me inuoluo. idest mea virtute me munio non timēs incerta fortunę.

o NON est meum. Ostenditse minime pertinere nauigare. sed potius velle in probitate esse pauper. hoc est vult esse probus & pauper.

p VOTIS pacisci. Cum diis enim votis mediantibus videmur pacisci cum aliquid petimus.

opibus amplector
Pauperiem sine dote quero.
q. d. idcirco pauperare delector: quia nolo me committere periculosissime nauigationi.
o
Non est meum si mugiat africis
supplices
Malus procellis ad miseras preces
vota promere
p
Decurrere: & votis pacisci,
species p genere
q
Ne cyprię tyriequę merces

Addant auaro diuitias mari
r auriloi
Tum me biremis presidio scaphe
securum species p genere

Tutum per egeos tumultus.
de castore & polluce fauentibus nautis intelligit
Aura feret geminusq; pollux

q CYPRIE. Erat Cyprus ditissima. vt latius ostensum est superius. ode. i. li. i.

r TVM me. Ironice loquitur dicens quod aura & geminus pollux feret eum tutum per maris egei tumultus presidio scaphe biremis idest parue nauiculę per quod nauigationem se effugere innuit.

Argumentum odes. xxx.

Criptis hactenus tribus odarum libris. ait poeta se monumentū perfeciſſe. quod omni aere perennius erit: non enim aqua: non ventis: non amnis consumi poterit: hinc minime totus peribit Sed magna ipsius pars erit superstes. dum roma fuerit. hortatur inde Melpomenen musam vt sibi delphica lauro coronam paret. Hoc dicit.

Ode. xxx. Ad Melpomenen

a EXEGI monumentum &c. Videtur ita hoiuscemodi ode hūc tertiū librū concludere. tanquā lyricis carminibus finē ipositurus sit. Quapropter sint qui velint ipsum dēinceps augusti ipulsu. vt in laudē drusi neronis priuigni sui quartū quoq; librum scripsisse. Ita ergo tertiū librū claudit. vt cōcludat carmina que hactenus scripsit huiuscemodi sui nois monumētū futurū.

peregi sepulchrum turabilius
a
e xegi monumentū aere perenni?
a
Regaliq; situ pyramidum altius
monumentum corumpens valde porens
Quod non iber edax: non aglo impotēs
destruere b
Possit diruere: aut innumerabilis

vt eterna sit duratura eius fama.
a REGALIQVE situ. Pyramides regū egyptiorū sepulchra sunt adeo ingenti mole saxorum in medijs harenis ęgypti structa vt inter septē miracula habeantur.

b AVT innumera. an. se. Vt annis soluit sublata vetustas. hoc est ne dicta sua tempestatibus nec vetustate abolenda.

q.d non omnis consumi poterit.

Annorum series & fuga temporum
nam si interibit corpus fama erit superstes
totus
Nõ omnis moriar: multaq; pars mei
feretrum semper
c d
Vitabit libitinã. vsq; ego postera
ego horatius quia non accedet vetustas
c
Crescam laude recens: dum capitolium
verecunda aut p sacrificio siue p
f tacente sacerdocij dignitate clara.
Scandet cum tacita virgine pontifex
predicabor
g
Dicar: qua violens obstrepit aufidus
qua stiriculosa
h
Et qua pauper equę daunus agrestium
i
Regnator populorũ: ex humili potẽs
lyricum
Princeps eolium carmen ad italos
gloriam
l2
Deduxisse modos: sume superbiam
acquisitam apollinari
Quęsitam meritis & mihi delphica
placens p.n. muse
Lauro cinge volens melpomene comã.

Finit Tertius liber Carminum.

a LIBITINAM. Libitina lectꝰ est in quo mortui efferebantur. Dicitur autem vt multi volũt per cõ contrarium quod nemini libeat.

d VSQVE ego postera. Ordo est ego recena crescam postera laude.

e DVM capitolium. Sentẽtia est Dum imperium romanum durabit quod eternum futurum tacite innuit. Sic Vir. Dum domus ęneę capitoli immobile saxum accolet.

f SCANDET. sacrificaturus ioui optimo maximo.

g AVFIDVS. Fluuius est apud cannas apulie vicum de quo Silius li. x. scribit.

h DAVNVS. Apulie fluuius a dauno rege.

i EX humili potens. Ordo est: ego ex humili ideſt vili genere potẽs princeps ideſt primos dicar de duxisse ad italos modos eolium carmen ideſt lyricum lesboum alchaicum alceum quippe imitatus est lesbium. lesbos autem in eolia regione est de qua latius supra.

k SVME superbiam. Ordo est. Melpomene sume superbiam que sitam meritis & volens cinge mihi comam delphicam lauro. tanquam cui placuerit laurus delphica consecrata, appollini vel poetis.

Argumentum odes Prime Quarti Voluminis.

p Roposuerat velle poeta lyricis finem imponere vt Tertij libri finis ostendit. Sed tamen quum venus eum iterum aggrederetur quamquã natus annos quinquaginta rursus ad lyrica redijt. Itaq; hac prime quarti voluminis ode Venerem ipsam precatur: ne amplius in eum seuiat sed in iuuenes potius lusibus aptiores. Ad ligurinum postea puerum sermonem vertit dicens quo modo eũ nocturnis somnijs videt: & captum retinet fugientemq; etiam sequitur. Hoc dicit.

Ode. i. Ad Venerem

quia diu a bella in me cessasti

k

i Ntermissa venus diu

q. d. iterum cogor scribere cum iam deseruerim

l

Rursus bella moues: pce p̃cor p̃cor

ostendit causam qua possit remoueri venus vt sibi parcat

Non sum qualis eram bone

dominio

m

Sub regno cinere: desine dulcium

k INTERMISSA diu venus. Excusat grandiorem ętatem eamq; amoribus aptã dicit. hortatq; venerem vt petat paulum maximum iuuenum & rebus amatoriis aptum.

l BELLA. Idem inquit Ouidius Militat omnis amans et habet sua castra cupido.

m CYNERE. Ea quidem olim ipsius amica fuerat.

crudelis vide latius ode.xix.li.i

Mater seua cupidinum

quibus quinquaginta anni efficiuntur

n voluptuosis

Circa lustra decen flectere mollibus

q.d.relinque inabiles

Iam durum imperijs.abi

venerem

Quo blande iuuenum te reuocant pces.

magis idoneo tempore

p

Tempestiuius in domo

nitidis aut pulchris aut regine veneris dedicatis

Pauli purpureis ales oloribus

delectabere quia nobilis z diserrus fuit

conuiuando

Commesabere maximi:

sedes amoris

q

Si torrere iecur queris idoneum:

s.paulus in flore iuuentutis

r

Nanq; & nobilis & decens:

mestus ab eloquentia cum laudat et

o picrate

Et pro sollicitis non tacitus reis

finitum p infinito

virtutem

Et centum puer artium

s

Late signa feret militię tuę.

pro quandocunq;

v

Et quandoq; potentior

p deriserit

rivalis

Largis muneribus riserit emuli.

x

Albanos prope te lacus

sc3 paulus

y enea

Ponet marmoream sub trabe cypria

.i.plurima ex thure sacrificia

Illic plurima naribus

z

Duces tura:lyreq; & berecynthie

cu ven°.

Delectabere tibię

Mixtis carminibus non sine fistula

a

Illic bis pueri die

Numen cum teneris virginibs tuum

pulchro.

Laudantes pede candido

p saltorum saltabunt

b

In morem salium. ter quatient humū

f ET pro sollicitis &c. Causidi; cum oratorem ostendit paulum.

r SIGNA feret. Ouidius quoq; li.i.de re amo. ait. Parce tuum vatem sceleris damnare cupido. Tradita qui toties te duce signa tuli.

v ET quandoq;. Ordo est et potentior largis muneribus emuli quandoq; riserit. Addit & quintū quod multum in amore valet. nā pecunie omnem expugnant pudicitiam. quod danaes exemplum indicat. Hinc Ouidi. Ipse licet venias musis comitatus homere. Si nihil attuleris ibis homere foras.

x LAcus albanos. In albano mōte lacus est vbi paulū dicit optima preda posse dere. vnde effusiores ad cultum veneris & amoris expensas promittit.

y PONET marmoream. Marmoreum veneris signum & templum deorum statuet.

z BERECyNTHIE. Vel quod ab ipsa dea inuenta sit. vel quod illius sacris adhibebatur.

a ILLIS bis pueri. In honorem veneris secūdo in die promittit pueros saltaturos. & salios.

b IN morem salium. q.d. non minori pompa quam salii.

n LVSTRA decē. ideſt annos quinquaginta. Ouidius itē in ibin ait. Tempus ad hoc luſtris bis iam mihi quinq; peractis.

o IAM durū. methaphora eſt a quadrupedibus que adulta non facile domantur.

p TEMPESTIVIVS in domo Ordo eſt. Venus tu ales oloribus purpureis ideſt volucris et alas habens propter olores ſuperius enim oſtenſum eſt olores ducere & comitari veneris currū. ſi queris torrere idoneum iecur tempeſtiuius ideſt aptius commeſabere in domo pauli maximi.

q TORRERE iecur. Adurere. Vñ Ouidius li.iii. de amo. inquit captaq; fœmineus corpora torret amor.

r NAMQVE nobilis. Nam nobilitas & pulchritudo & virtus et poſtremo eloquentia amantes cōmendat. hec dido enumerat apud Virgiliū in ęnea. Nam de pulchritudine ait herent fixi pectore vultus de eloquentia verbaq; adiungit virtutem cum ait. Multa viri virtus animo. Adiungit nobilitatem vt multuſq; recuſat gentis honos.

c IAM nec spes.q.d. ea etate iam sum qua homines a puellis fastidiuntur. Qua ꝓpter nulla mihi spes est vt possim credere si quam amē mutuo me ab illa amari.

d NEC certare. Ponit oīa que iuuenē decent senem vero dedecent

e CVR ma.ra.me.ge.lach. quod solet his accidere qui vehementi amore repente saucii sunt. Sic & Vir. Didonem inducit a principio amoris. nam post verba cum sorore habita ait. Sic affata sinus lachrimis impleuit ab ortis.

f INTER verba cadit. Indicium est nimii amoris. subito interloquē dum tacere. vt incipit effari media q; in voce resistit.

horatium

Me nec fœmina nec puer

amoris

c

Iam nec spes animi credula mutui:

contendere

d delecta

Nec certare iuuat mero.

coronare recentibus

e

Nec vincire nouis tempora floribus

p.n. adolescentis

e

Sed cur heu ligurine. cur

non amoris paruitate. sed etatis verecundia. cui non flere conueniat ꝑ amore

Manat rara meas lachrima genas:

diserta

Cur facunda parum decoro

f q. in medio sermone deficit

Inter verba cadit lingua silentio:

nam qd vigilantes vehementer aut cupimus aut timemus idem dormientibus sese offert

Nocturnis ego somnijs

Iam captum teneo: iam volucrem seq̄r

h

Te per gramina martij

i fortia fluuiales

Campi te per aquas dure volubiles.

g NOCTVRNIS ego somniis Dicit se ligurinū semper ex desiderio somniare vt sit terrore quodā mentis imaginari eum. q. diu quesitum. & tandem iuuentum velut alitem ex ipso volatu complexū.

h MARCII cāpi gramina. Gramina inquit quoniam erāt ibi perhennes herbe coronatiq; vsq; ad fluminis alueum colles Auctore Strabone li. v.

i PER aquas. Tyberis qui iuxta campum martium fluit. nam adolescentes variis certaminibus se in campo martio exercebant. & in propinquo flumine nare discebāt.

Argumentum odes. II.

p Indarum thebanum nouem lyricorum principem maxime laudat: quem etiam nulli imitabilem asserit. hinc cigno eum comparat: se vero api: Antonium postea. M. Antonij filium & poetam celebrat dicens illum cęsaris gesta maiore plectro cantaturum vota demum persoluenda ob Augusti incolumem reditum memorat. Hoc dicit.



Ode. II. Pindarum celebrat

l PINDARVM qsquis. Pindarus thebis oriundus cūq; Alexander macedo thebas rapet pidari vatis familie penatibusq; iussit parcere. vt scribit Pli. li. vii. Sensus autem est si quis adeo audax sit. vt nitatur imitari pindarum. is proecto senciet nō aliter suos cogitatus irritos futuros quam senserit Icarus qui cū volare nesciret in mare decidit.

m OPE dedalia. Quo pacto dedalus sibi & Icaro filio suo alas fabricauerit superius patuit li. i.

n DATVRVS nomina. Vt fecit Icarus cuius casu dictum est mare icarium. qui volet ergo emulari pindarum. non gloriam sed dedecus potius subibit.

o MONTE decurrēs. Pindarici spiritus magnificentiam et rerū verborumq; copiam velut quoddam eloquentie flumen exundanti imbrium copia animi cōparat.

p IMBRES. Ordo est. quem imbres aluere super notas ripas.

q AVDACES dithyrambos. Metri genus in bachi honorem. Ideo autem audaces dixit. quia ceteris rithmis vehementiores sunt.

r NVMERISQVE lege solutis idest rithmis. qui non ex pedum lege sed concentu vocis sunt. vnde Vir. Numeros memini si verba tenerem. Ergo in dithyrambis querebant modulationem solum nō habita pedum ratione quoniā magna licentia est in his versibus variare metrum itaq; extant qui idcirca dithyrambros dici velint. quoniam poetę licet vti alio hostio. nā hoc vocabulum grecę ingressum significant.

s SEV deos. Scripsit enī pęanas idest deorum laudes & apollinis.

talem poetam sequi

p Indarū quisquis studet emulari

Iule ceratis ope dędalia

conatur pspicuo

Nittitur pennis vitreo daturus

mari

Nomina ponto.

o sicut p

Mōte decurrēs velut amnis imbres:

auxere

Quem super notas aluere ripas

ppter diluuium

fluit

Feruet immensus ruit & profundo

sententijs grauibus.

Pindarus ore.

corona

Laurea donandus appollinari

siue admirabilia

q

Seu per audaces noua dithyrambos

velut vates rapitur

r

Verba diuoluit numerisq; fertur

Lege solutis.

siue

s t

Seu deos regesq; canit (deorum

ff

Sanguinem) per quos cecidere iusta

illi populi.

Morte centauri cecidit tremende

v

Flamma chimerę.

Siue quos elea domum reducit

qui pugnis certat q equestri certamine exercetur

x

Palma celestis pugilemq; equumue

statuas intelligit

y

Dicit: & centum potiore signis

laudes eorū accipit

pyndarus

Munere donat.

z

Flebili sponse iuuenemue raptum

describitiut viri plorantur sapientiam virtutes morales plangentibus sponsis

Plorat & vires animumq; moresq;

p bonis

Aureos reducit in astra nigoq;

habet inuidiam nigro orco

Inuidet orco.

thebanum eleuat

a

Multa dirceum leuat aura cignum.

b

Tendit antoni quotiens in altos

horatius

c

Nubium tractus ego apis matinę

More modoq;

t REGESQVE. Laudauit enim in olympicis hieronem sicilie regē herculem Theseum. perithoū qui centauros vicerunt de quibus li. i.

v CHIMERE. quo pacto bellorophon chimerā domuerit supra patuit li. i.

x PALMA celestis. Propter honorem numinum quibus ludi exhibebantur. Vel quia in maximo honore victores habebantur.

y ET centum potiores signis. Dicit magis illustrari honore quem pindarus carmine suo agonistico celebret quam si cētum statuis honoretur.

z FLEBILI sponsę. Etiā in epithauiis pindarū significat magnū cum aut iuuenem fortem. aut puellam mortuam fuisse describit. & alicui⁹ adolescentis morte facit spōsam deceptam quē inferis subducit & dat imortalitati laudando.

a DIRCEVM cignum. Thebanum pindarū intelligit a dirce fonte & quia thebanus pindarus fuit Ideo dirceum cignum dicit a suauitate vocis siue carminis.

b ANTONI: Apostrophat ad Antonium quem alloquitur volētem pindarum imitari.

c EGO apis matinę. Quia cigno pindarum cōparauerat se api cōtulit pro paruitate in calabrię saltu matino pascenti. de quo legitur iā calidi lucent buceta matini. Fugiēs ergo arrogantiam api se cōparat. que & circa terram volat. & amenitate florum depascitur.

Grata carpentis thima per laborem
quia aquis abundat

Plurimum circa nemus uuidiq;
magni laboris
humili ingenio

Tyburis ripas: operosa paruus
compono.

Carmina fingo
tu antoni
v stilo

Concines maiore poeta plectro
augustum
vacat

Cęsarem quandoq; trahet feroces
ad arcem capitolinam debita
c

Per sacrum cliuum merita decorus
laurea corona.
f

Fronde sicambros
cesare
g

Quo nihil maius meliusue terris
ppicij

Fata donauere boniq; diui

Nec dabunt: quamuis redeant in aurũ,
antiquũ.

Tempora priscũ.
ti.publicas ferias
h

Concines lętosq; dies & urbis
.i.de

Publicum ludum super impetrato
i

Fortis augusti reditu forumq;
priuatum

Litibus orbum
.i.tale vt dignũ sit
h qõ audiatur

Tum meę si quid loquar audiendum
adderur tuo poemati
l

Vocis accedet bona pars & o sol
a periculis ere
pro

Pulchro o laudande canam recepto
ego horam

Cęsare fœlix,
vox letitie.
m

Teq; dum procedis io triumphe

Non semel dicemus io triumphe
nota figura vt pars in frusta secant p.dũ

Ciuitas omnis dabimusq; diuis
reditum enim
prestantibus.

Tura benignis,

d CONCINES maiore. Concines ergo inquit. hoc est cãtabis nobiscum tu antoni maiore plectro ideſt meliore opere victorem cesarem per sacrum capitolii diuũ captiuos siccambros pro triumpho trahentem.

e PER sacrum cliuum. Cliuus quidem erat publicus non longe ab eo loco incipiens ubi pons erat sublicius qui iam sancte Marię vocatur vt aiunt quo iter ab initio in fora ducebatur. De quo Ouidius. i. fasti. inquit. Vtq; leuis custos armillis capta sabinis ad summę tacitos duxerit arcis iter.

f SICCAMBROS. Augustus germanos vltra albim submouit ex quibus Sueuos & Siccambros dedentes se traduxit in Galliam. atq; in proximos rheno agris collocauit Auctor est Suetonius. Latius tamen Lucius florus scribit. Feroces autem ideo dixit quia antequã caperentur centuriones romanos qui ad stipendia missi erant tentos crucibus defixere.

g QVO nihil. Nec aureo seculo similem cesari virtũ natus. uisse aut nasci potuisse dicit si in eum statũ tempora recurrant.

h CONCINES. Repetitio est. canes etiam dies festos et ludos publicos quos populus romanus pro reditu cęsaris vouebat.

i FORVMQVE litibus orbũ. Hoc dicit propter ferias. Nam aliquando propter aliquem tumultum cessabat pretor a iure dicendo & illa vacuatio iusticium dicebatur. Aliquando propter magnam aliquam felicitatem & ille feriedicebanť que erant imperatiue. Nam feriarum alie dicebãtur statiue. que erant omnibus comunes & certis mensibus ac diebus celebrabanť et in fastis adnotate erant. vt agonalia carmentalia. & lupercalia. Alie erant conceptiue que & ipse quotannis a sacerdotibus vel magistratibus concipiebantur. sed non semper incertos dies vt superiores. vt sunt latine sementine paganalia & compitalia. Alie sunt imperatiue. Verũ iste nec certis diebus nec semper singulis annis imperabantur. Sed imperabant illas consules aut pretores quocięs aut victoria. aut aliquid letũ veniebat vt he de quibus nunc poeta meminit. Alie denięq; sunt nũdine paganorum & rusticorum quibus cõueniunt negociis propriis vel mercibus prouisuri.

k TVM meę si. Sub fuga arrogantię etiam laudes cęsari dicturũ promittit vt Vir. O mihi tam longe maneat pars vltima vitę. Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.

l O SOL. Solem pro die posuit quo victo cęsar ingressus est Vir. Tris adeo incertos cęca caligine soles eramus.

m IO triumphe. Ad ipsum quasi triumphũ loquitur sacra inuocatione. quę io dicebatur. vt io matres audite.

n TE decem tauri. Hoc ad iuliū dicit. Ad honorem eni maiorū numinum pertinent siue potentium personarum. si magnis victimis immoletur. vt & maxima taurus victima.

o LARGIS herbis. Vt ostendat diligenter a se nutriri vt hostia pinguior sit.

ulium
n
Te decem tauri totidemq; vacce:
horatium
Me tener soluet vitulus relicta
o
Matre qui largis iuuenenescit herbis
a me diis pmissa
In mea vota
p
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lune referentis ortum
q signum
Qua notam duxit niueus videri
Cetera fuluus.

p FRONTE curuatos. Ostendit in eo talia esse cornua. qualia videmus in luna in tertio die a suo nouilunio.

q QVA notam duxit. Vitulum fuluum designat sed cui ex albo in fronte nota sit.

Argumentum odes. III.

p Robat quencunq; nascentem Melpomene placido lumine viderit nulli rei vacaturum preter quam poetice: indeq; nobilem fieri. vt et sibi accidit qui quidem a romanis inter vatum choros ponebat: Cūq; digito etiā mōstraretur viueret & placeret Melpomenes munus & beneficium esse asserit. Hoc dicit vsq; ad finem.



Ode. III. Ad Melpomenen.

r QVEM tu mel. Quāuis solus homo ex cūctis aiantibus si iuris sit ꝓpter animi diuinitatē & liberū sibi a rerū oium cōditore cōcessū arbitriū. tn̄ non parū in multis rebus interest quo sydere. natissimus Nā & si nulla vi stellarū. aut in virtutē aut viciū inuiti trahi possum⁹ nisi noster accedat assensus. tamen in his que corporis & fortunę sūt nō isulse dixit Iuue. Distat eni que sydera te accipiāt mō primos incipiētē edere vagit⁹. et adhuc a matre rubētē quietiā et acumē ethebetudinē igenii nō minima ex pte dāt stelle. Ergo si quē a genesi sua melpomene. i. cōfiguratio illa stellarū. vn̄ hec studia dant benignitate aspexerit. hic profecto reliquis studiis cōtēptis totū se musis tradet. quo in loco se in musas gratū ostēdit poeta cū quicquid in se boni habeat. id ab illis esse fateat. hac ode signat et affirmat studio poetico deditū nulli posse alii rei vacare. deinde deorum subiungit laudes.

r p. n. muse ad quam scribit
q Vem tu melpomene semel
Nascentē placido lumine videris.
qui deditus ē arte poetice s .i. labor susceptus in ludis ischmijs.
Illum non labor ischmius
larum faciet .i. q nec equestri carmine enitescat
Clarabit pugilem: non equus impiger
quadrigali certamine
Curru ducet achaico
disciplina militaris.
v delphica lauro,
Victorem: neq; res bellica delijs

s LABOR isthmius. Isthmos aliter terra angusta inter duo maria. vt inter ęgeum & ionium. vbi sita est corynthus ibi aūt isthmia celebrabant. Ludi quidē in honorem neptunii.

t CVRRV achaico. Currule certamē itelligit in pisea regiōe apud eliden de quo latius ode. i. li. i.

v NEQVE res bellica. Ordo est Illum quē tu o melpomene nascentem videris placido lumine non labor isthmius clarabit pugilem. & non impiger equus ducet victorē in curru achaico. neq; res bellica ostendet capitolio ducem ornatum deliis foliis. idest phoebeis. idest non ducet triumphantem in capitolium quia cōtuderit tumidas minas regum. idest compresserit minantes. & superbos reges.

x QVOD regnũ tumidas quod vinctos reges in triumphi pompa ad capitolium ducat. nam & victores duces lauro coronabantur.

y SED que tybur. q.d non his omnibus fortibus factis claruerit sed descriptionibus locorum vel fulminum per poeticam nobilitatẽ

z ROME principis vrbiũ. Augustum vel priuignum eius significat. siue posteritatem romanam a qua se inter poetas numerãdum promittit.

a ET iam dente. In virtute se & laude ait maleloquia & inuidiam superasse. Salustius gloria inuidiã vicisti.

b O MVTIS. O musa que potentia tua & muta animalia oblectare facis. aut propter Arionem quem cythara in mari canentem delphines secuti dicuntur. Virgil. Orpheus in syluis inter delphinas arion.

c TOTVM muneris &c. Totum hoc quod monstror a pretereuntibus digito fidicem romane lyre idest poeta lyricus in romana lingua & quod spiro. i. viuo. et qd placeo si placeo. idest verũ est quod placeam. est tui muneris idest munus mihi ad te datum.

d QVOD spiro. idest viuo. sed non dixit viuo nisi quod sum in aliqua fama. Nam qui sine fama degunt illorum vita morsq; vt ait Salustius iusta quoniam de vtraq; siletur.

Ornatum folijs ducem
superbas
x
Quod regum tumidas cõtuderit minas
Ostendit capitolio.
apud quas solent poete componere.
y
Sed que tybur aque fertile prefluunt
dense
Et spisse nemorum comę
component
.i. alcaico vel lesbio
Fingent eolio carmine nobilem.
z
Rome principis vrbium
.i. romana stirps
Dignatur soboles inter amabiles
poetarum
Vatum me ponere choros.
ego horatius
a
Et iam dente minus mordeor inuido
pulchre et dulcisone.
O testudinis aureę
scz musici fontes
o musa melpomene
componis
Dulcem que strepitum pieri temperas:
musa
b
O mutis quoq; piscibus
dulcedinem cantus
Donatura cigni si libeat sonum
c
.i. munus mihi a te datum
Totum muneris hoc tui est
ego horatius
Quod monstror digito p̃tereuntium
.i. lyricus poeta.
Romane fidicen lyre.
d
q.d. si tantũ placeo
Quod spiro: & placeo: si placeo: tuũ est.

Argumentum odes. IIII.

h Ac ode & aquile & leoni comparat Drusum tyberi fratrem ob eius in hostes strenuitatem domuerat nãq; rhetos & Vindelicos: eiusdẽ quoq; maiorũ gesta in ei⁹ etiã laudẽ cõmemorat. h.d.

Ode. IIII. de Drusi Laudibus

c QVALEM ministrum. Drusum laudat priuignum Augusti. cuius gratia institutum suũ quartum hunc librum scribendũ suscepit. Drusus in alpibus rhetos vindelicos populos asperrimos superauit. Comparat ergo illum Aquile & leoni. quorũ altera inter aues alter inter quadrupedes regnum obtinet. Ordo. Qualem alitem ministrum fulminis. Cui iupiter rex deorum permisit regnũ in vagas aues. Expertus fidelem in flauo ganimede. olim iuuentas & patrius vigor propulit nido laborum inscium & c.

d FVLMINIS ministrum. Negant solam aquilam vnquam fulmine exanimatam. ideo armigerã iouis consuetudo indicauit vt pli. libro. x.

e PREMISIT regnũ. Rex auiũ appellatur hic ales quoniam ceteris omnibus sit generosior. & altius omnibus volet.

c d aquilam

q Valem ministrum fulminis alitẽ

qa incertis sedibus vagantur.

Cui rex deorꝝ regnũ ĩ aues vagas

e

Permisit expertus fidelem

pincerna deorum

Iupiter in gaminede flauo:

nam non degenerat a parente

Olim iuuentas & patrius vigor

in metaphora aquile pdurauit.

dicendo nidum laborũ ꝑ familia nobillũ f

Nido laborum propulit inscium

simile vt ruit imbriferum ver

Verniq; iam nymbis remotis

inconsuetum nisum ad primos volatus aquile adhuc aerem ꝛ ventos timentis

Insolitos docuere nisus

g vt agnos rapiat.

Venti pauentem: mox in ouilia

Demisit hostem inuidus impetus

abstantes.

Nunc in reluctantes dracones

vt sit sibi esca

belli

Egit amor dapis atq; pugnę.

pinguis

h

Qualemue lętis caprea pascuis

Intenta: fulue matris ab vbere

Iam lacte depulsum leonem

adhuc inconsueto ad predam

i

Dente nouo peritura videt:

f INSCIVM laborũ. Quia nõdum volauerat. vnde addidit insolitos nixus. q. d. quod sit opus maiori nixu. quia insolens volandi sit.

g MOX in ouilia. Vt agnos rapiat. In quo notat generositas. quia in primis volatibus adhuc inscia rerum sola generositate talem predam petat.

h QVALEMVE lętis. ordo est. qualemue leonem iam lacte depulsum ab vbere fulue matris caprea intenta lętis pascuis videt peritura nouo dente. Alia comparatio & in omibus superiori similima. Ergo talem videre rheti drusum. qualem leonem videt in letis pascuis caprea intenta propter timorem ab vbere fulue matris leonem iam depulsum lacte. idest qui ad florentem validamq; ętatem ex minori iam peruenit Videt ergo hunc caprea peritura nouo dente idest dẽte leonini catuli nondũ in alia preda exercitato.

i NOVO dente. Adhuc enĩ nunquam cędem commiserant leonis parui dentes.

populi illi

Videre rheti bella sub alpibus

Drusum gerentem vindelici (quibus

Mos vnde deductus per omne

Tempus amazonia securi

Dextras ob armet querere distuli)

Nec sciri fas est omnia: sed diu

Latecq; victrices caterue

Consilijs iuuenis reuicte.

Sensere quid mens rite quid indoles

Nutrita faustis sub penetralibus

Posset: quid augusti paternus

In pueros animus neronis.

Fortes creantur fortibus & bonis.

Est in iuuencis. est in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerat aquile columbam

Doctrina sed vim promouet insitam

Rectiq; cultus pectora roborant.

Vtrumq; defecere mores

Dedecorant bene nata culpe.

Quid debeas o roma neronibus:

Testis metaurum flumen & hasdrubal

Deuictus: & pulcher fugatis

Ille dies latio tenebris

optatus ab Augusto successor principatus eius fuit vocatusq; est tiberius cesar.

f FORTES creatur fortibus Laudat ;domum claudiorum ex qua isti orti sunt.

t NEC imbellem feroces. proverbialis sententia.

v DOCTRINA sed vim. Sententia est. Valere quidem multū in homine vim a natura insitam Sed tamen opus esse dicit vt ingenium illud naturale bonarū artium disciplina colatur nō enī virtutes in nobis a natura sunt. Sed vt ait Cicero. Extant ignicu li seminaq; virtutum. que & si efficacissima sint tñ nisi doctrina optimisq; moribus excitenī aut geanturq; facile extinguuntur.

x VTCVMQVE defecere. Sēsus est. Quod si boni mores quibus semina virtutum ad habitum, perfectum producūtur deficiant culpe. ideſt vitia dedecorant & deturpāt bene nata. ideſt illam probam vim nobisi nsitā quam seminat apollo quoniam deprauati mores illam obruūt Non enim sunt a natura virtutes. sed per bonos mores exercitatis actibus fiunt habitus qui virtutes sunt.

y QVID debeas o roma. Poeta in laudem drusi maiorū quoq; gesta commemorat.

z METAVRVM flumen. Metaurus fluuius est in vmbria vt scribit Pli. li. iii. ingrediq; mare adriaticum. Apud metaurū denicq; M. Liuius et claudius nero consules Astrubalem hannibalis fratrem vtilli se coniungerent ex hispania venientem occiderunt. cesis etiam. lvi. milibus hostiū. Captis quinq; milibus & quadringentis cum magna preda tum omnis generis tū auri argentiq;. Ciuium etiā romanorū qui capti apud hostes erāt supra quattuor milia capitū recepta. sed octo ferme milia romanorum sociorumq; occisa. plura etiam liuius li. vii. de bello punico secundo.

k VIDERE rheti. Hyperbaton longum superiori sensu respondet. Qualem aquilam vel leonem in bellis preda. talem drusum videre rheti vindelici barbarorum gentes.

l DRVSVM. Fuit is tyberii neronis et liuie drusille filius. frater q; tyberii cesaris. & augusti priuignus qui rhetos & vindelicos alpium populos domuit de quibus etiam Suetonius & Strabo lib. iiii.

m MOS vnde deductus &c. Hi vindelici ab amazonibus electi e suis sedibus et ex thracia in exiliū se contulisse alio inque iugis insedisse dicuntur et quod potissimum in se tela securesq; amazonū exptos fuissent ipsos vsum earum in bello accepisse.

n QVERERE distuli. Dicit autē poeta distulisse querere vnde illis mos. ideſt consuetudo deductus per omne tempus subarmet dextras amazonia securi. quia nefas sit scire omnia. Sed satis sibi esse scire. quod ipsi hactenus victores concilio drusi superati sint.

o NEC scire fas. Sēsus est. fas est non omnia scire. ideſt licet aliquid ignorare. consiliis iuuentis repressse. eo pertinet quod victrices late dixerat.

p SED diu lateq;. Magna ergo laus eius victorie. qua infinita hominū multitudo que semper victrix fuisset succubuerit.

q QVID indoles. Non potest poeta Drusum laudare vt filiū Augusti. ab eo educatum institutumq; dicit.

r QVID augusti &c. Duo fuerūt nerones priuigni augusti quorum vnum in domo tyberii claudii nerōis mariti liuia peperit. alterum in vtero ad augustum attulit. horum alter in germania morbo extinctus alter ad

victoria

a Qui primus alma risit adorea
crudelis hanibal

b Dirus per vrbes afer, vt italas
sicut ventus ille

Ceu flamma per tedas vel eurus
siculum mare.
.i. quam celeriter equitandus aufugit

Per siculas equitauit vndas

c prospera
Post hoc secundis usq; laboribus
iuuentus

Romana pubes creuit: & impio
clamore bellico

Vastata penorum tumultu
propicios

Fana deos habuere rectos:

d e
Dixitq; tandem perfidus hanibal
post diuturnum bellum

f
Ceruí luporum preda rapacium

Sectamur vltro: quos optimus
romanos

g
Fallere & effugere est triumphus
troia

h
Gens que cremato fortis ab ilio

Iactata tuscis equoribus sacra
eneam & ascanium anchisen & eneam.

Natosq; maturosq; patres
italicos

Pertulit ausonias ad vrbes,
ilex enim cesa ferro

i melius pullulat
Duris vt ilex tonsa bipennibus
.i. virides umbrose.

Nigre feraci frondis in algido

Per damna per cedes ab ipso
vires audaciam

Ducit opes animumq; ferro

k
Non hydra secto corpore firmior
nam iniquo animo
fert vinci vir fortis.

Vinci dolentem creuit in herculem

l populi illi
Monstrumue submisere colchi

m
Maius. echioniq; ue thebe.
romanum ferociores

Merses profundo pulchrior euenit

h GENS que cremato. Ordo est gens que fortis ab ilio cremato iactata a tuscis equoribus pertulit ausonias ad vrbes sacra & natos & maturos patres per damna. per cedes ab ipso ferro ducit opes animumq; & c. Sic Vir. Quos mille fatigant prelia necvicti possunt absistere bello.

i DVRIS vt ilex. Sensus est. Vt ilex quantomagis securibus cedi tur tantomagis corroboratur ac reuiuiscit. Ita romani per damna cedis suę fortiores effecti sunt. Ordo est. vt ilex nigra est frondis in algido feraci duris bipennibus tōsa

k NON hidra. Exemplo hydre etiam que excisis sub hercule serpē tum capitibus numerosior excre scebat oportuna comparatio. quia romanos vult intelligi cęde sui po tentiores fieri.

l MONSTVMVE submisere Colchorum quoq; monstro eos comparat. de qua re vide Ouidiū li. vii. metha.

m ECHIONIEVE thebę. Simi le et aliud exemplum draconis the bani quem cadmus occidit. cuius satis dentibus armati prodierunt ex quibus aliquos in sotietate con dendę vrbis cadmus dicitur asci uisse. de qua re Latius in. iii. metha. Hoc autem intelligi vult mirabile esse non deesse romanos tot bello tum cladibus acceptis.

a ALMA adorea. idest laude et gloria. nam adoream laudem siue gloriam dicebant. qui glorioſum eum putabant esse. qui farris copia abundaret vt festus ait.

b DIRVSq; vrbes. Sensus est quod hanibal victo Astrubale per italas vrbes fugit vt flamma per tedas. & eurus per mare siculum Quid autem actum ab hanibale deuicto astrubale sit. vide Liuium li. vii. ix. & x.

c POST hoc secundis'. In laudē drusi qui de Neronis genere descē dit commemorat ex quo hasdru bal occisus est & a nerone haniba lem iam mortuum fuisse & creuis se romanos.

d DIXITQVE tandem. Verba sunt hanibalis cum coactus est de fuga cogitare.

e PERFIDVS. Quia ipsius in stinctu post primum bellum fra ctis pacis conditionibus in bellū reditum est.

f CERVI luporū. Optime fu gientes ceruis. raptores lupis com parat.

g FALLERE & effugere. Ser ius est. FALLARE romanos et effugere illos erat aphris summe triumphus.

euincet antea inuinctum

n Luctere multa proruet integrum

quia ita pruet vt laudem mereatur

Cum laude victorem: geretq;

vtrum que ipsi romani milites apud coniuges suas ostentēt. an que coniuges eorū de maritis predicent

o Prelia coniugibus loquenda

ego hanibal

Carthagini iam non egó nuntios

ex victoria. vt post trebiensenm transimenen/se. canensemq; cōflictu misit.

p Mittam superbos: occidit occidit

q Spes omnis: & fortuna nostri

Nominis hastrubale interempto:

r Nil claudtę non perficient manus:

augustū intelligit

Quas & benigno numime iuppiter

ipsius augusti consilia

s Defendit: & cure sagaces

explicant periculosissima

Expediunt peracuta bella.

n LVCTERE. Pro lucteris idest si etiam lucteris. et pugnes. ipse proruet te victorem idest qui antea viceris.

o PRELIA coniugibus loquēda. hinc Ouidius ait. grata ferunt nymphe pro saluis dona maritis. Illi victa suis troica facta canunt. Et postea narrantis coniunx. pendet ab ore viri.

p OCCIDIT occidit spes &c. Hec reuera frequenter dixisse dicitur hanibalem cum caput fratris sui hastrubalis vidisset quod nero de industria allatum ex gallia ante castra eius nihil adhuc scientis de hac cęde proiici iusserat

q SPES omnis. erat enim Astrubal patre eodem amilcare genitus.

ęque dux impiger per tot in hispania annos. bello ro. exercitatus. gemina victoria insignis duobus ducibus cum exercitibus deletis vt liuius scribit li. vii. de bel. pu. secūdo.

r NIL claudie. Poetę verba sūt in laudem drusi domus claudię.

s CVRE sagaces. Occulte ostendit ad res magnas pagendas opus esse diuino auxilio. sed illud nunquam affuturum. nisi summam solertamq; curam adhibeamus. Naz vt ē apud Salu Non votis neq; suppliciis mulieribus auxilia deorum parantur. sed vigilando agēdo. & recte consulendo prospere omnia cedunt.

Argumentum odes. V.

a Bsentem ab vrbe Augustum ad reditum exhortatur. cuncti enim ipsum optabant cum presertim iam omnia bella quieuissent & pax vbiq;: nec timenda regio vlla romanis esset iam cunctis pene subactis. eum postea vti deum coli omnibus scribit: quod quidem ex historia sumpsit. nā Suetoni⁹ ait prouinciarū plerasq; sup templa & aras ludos q̊q; quinquennales pene oppidatim augusto. constituisse. Hoc dicit.

Ode V ad Augustum cesarem

ꝓpter eneam romulum ⁊ cesarem
a q̄ ingente iulia dij fuerunt. vocatiui casus

d Iuis orte bonis optime romule
totius

Custos gentis, abes iā nimiū diu
celerem,

b
Maturum reditum pollicitus patrum

Sancto consilio: redi
plus dixit, quam salutem,

Lucem redde tuę dux bone patrię
ad similitudinem p̄sentia tua

c
Instar veris, enim vultus vbi tuus
romano

Affulsit populo gratior it dies
contra vsum soles splendent

Et soles melius nitent.
sicut .i. odioso

d
Vt mater iuuenē quem not⁹ inuido

e
Flatu carpathij trans maris equora
demorantem

Cunctantem spacio longius annun
s. matris

Dulci detinet a domo:
nam precatur deos. ⁊ vota concipit

f
Votis omnibusq; & precibus vocat:

g
Curuo nec facilem littore dimouet.
ꝑcussa

h
Sic desiderijs icta fidelibus

augustum
Querit patria cęsarem:
ostendit causam tanti amoris esse, q̄d terra mariq;
i omnia cesaris virtute pacata sunt

Tutus bos & enim rura perambulant
dat vim rura qua rura fertilescant
noue felicitas dicta

Nutrit rura ceres almaq; faustitas
compressi enim ab eo fuerant pirate

Pacatum volitant per mare nauitę
omnes iam fidi sunt

Culpari metuit fides,
adulterijs

Nullis polluitur casta domus stupris
.i. consuetudo que a lege ꝓuenit

k l
Mos & lex maculosum edomuit nefas:
partu lauatam
significat

m
Laudantur simili prole puerperę:
q. d. nec differendo vindictam
prestat peccandi licentiam

Culpam pœna premit comes

a DIVIS orte. Ordo est. O optime romule orte bonis diuis &c. Est enim Augustus ortus ab ęnea romulo & iulio cęsare per adoptionem. nam reuera fuit filius acię filię iulię sororis cęsaris. Maxime autem laudes Augusti in hac ode exprimuntur. cū tanto desiderio populum ex illius absentia affici ostēdat. quod nūquā esset nisi sua multa maximaq; merita in patriam extarent. Miserat senatus. populusq; ro. legationes ad Augustum in transmarinis partibus diutius morantem vt quam primum reuerteretur supplicantes. verum cum diutius opinione moreretur. scripsit ad eum poeta.

b POLLICITVS. id per litteras vel oratores actū intelligamus

c INSTAR veris. Pro similitudine veris. quia lux dixerat superius. ideo comparationem verni tēporis posuit. Videtur autem non formam demonstrare. sed quantitatem hinc Virgili⁹ Instar montis equum diuina palladis arte. ędificant. Non enim formam montis. sed magnitudinem equum habuisse demonstrat. Est ergo poetę sententia. quod Augusti vultus tantum splendoris afferat. quantum affert ver ī anno. veluti dicat quod absente Augusto fuerit hyems. in qua omnia tenebre sunt. reuertente autem illo redeat ver. in quo & dies gratior est. & soles melius nitent scilicet quam cum abest.

d VT mater. Ordo est. Vt mater & votis omnibus & precibus vocat iuuenem cunctantem longius annuo spatio quem notus inuido flatu trans equora carpathii maris detinet vel destinat idest diuidit a dulci domo. Sensus autem est. ita patriā Augusti desiderare presentiā. sicut a matre reditus absentis filii consueuit.

e CARPATHII maris. Id mare tendit vsq; rhodum cætamq; ac ciprum vt Strabo docet li. iii.

f VOTIS omnibusq;. Tanquā vota pro reditu faceret. & omnia aduersa timeret.

g CVRVO nec facilem. Vt affectum desiderantis ostenderet. eas partes sollicite dixit attendi. a quibus sperat reuerti.

h SIC desideriis. Adaptat comparationem. Ordo autem est. Patria icta fidelibus desideriis sic querit cesarem. vt mater vocat iuuenē. quem notus destinet. cunctantem.

i TVTVS bos. Ostendit per cęsarem augustum omnia tuta esse. & crimina cuncta fugata Florus enim scribit quod augustus clauso iani templo conuersus ad pacē primum in omnia mala & in luxuriam fluens seculum grauibus seuerisq; legibus coercuit.

k MOS & lex. Mos est institutū patrum maxime pertinens ad religionem cerimoniasq; deorum vt Festus ait. quod idem Macrobius li. iii. Lex est recta ratio in iubendo & vetando vt scribit Tul. libro. i. de legibus.

☞ I MACVLOSum nefas. idē stupra & adulteria. nam eam legē tangit quam de adulteriis coercendis sanxit ea erat lex iulia vnde Trāquillus de augusto ita scribit leges retractauit. & quasdam ex integro sanxit. vt sumptuariam & de adulteriis. & de pudicitia de ambitu de maritandis ordinibus. De lege autem iulia Latius legito in Iuuenalis satyra secunda ibi scilicet vbi nunc lex iulia dormis.

m LAVDANTVR simile probe. Non enim nothi non spurii generantur. verum legittimi & genitoribus similes.

timeat
Quis parthũ paueat: qs gelidũ scythen.
n
Quis germania quos horrida parturit
augusto bellicose
Fœtus incolumi cęsare quis fere.
hispanie
Bellum curet iberie
finit
o
Condit quisq; diem collibus in suis
sine vitibus
Et vitem viduas ducit ad arbores.

p ad cõuiuia q
Hinc ad vina redit lętus: & alteris
r
Te meosis adhibet deum
augustum
Te multa prece te prosequitur mero
penatibus
Diffuso pateris & laribus tuum
s. quemadmodũ
s
Miscet numen vti grecia castoris.
Et magni memor herculis
t .i. dies festos
Longas o vtinam dux bone ferias
toto die.
Prestes hesperie dicimus integro
sobrii port ac madidi
Sicci mane die dicimus vuidi
subrer est .i. in occasum conditus
Cum sol oceano subest.

n QVIS parthum. Per augustũ prouincias deuictas enumerat Sẽsus autem est. nullas gentes incolumi cęsare formidare. Laudauit autem quod augustus tranquillitatem peperit. propter quã rura optime culta fertilem ferunt annonam Laudauit quod optimis legibus rem administrat laudat nũc quod non solũ bella cessant verum etiã quod omnis belli metus remotus sit. Nam & parthos & scytas & germanos & hispanos ita coherecuerat. vt nihil inde tenendum sit.

o CONDIT quisq; & c. sic Vir. cantando longos memini me condere soles. Condit diem abscondit solem & finit diem colendo agros suos. Id autẽ pacẽ vbiq; esse idicat

p HINC ad vina. idest a labore ad conuiuia.

q ALTERIS mensis. idest secũdis que in honorem deorum exhibebantur Duas enim mensas. adhibebant antiqui primam carnibus similibusq; rebus dabant. secunda vero pomis appellabantq; has secundas mensas bellaria. Et quia tunc optima vina dabantur appellabant vina preciosa bellaria bachi. Vir. Nõ ego te mensis et diis accepta secundis trãsierim rhodia.

r TE deum. Nam viuenti adhuc Augusto diuini honores instituti sunt. Vnde alibi. Presentiq; tibi maturos largimur honores.

s VTI gręcia. Sic a romanis promittit Augustum diis penatibus sociandum. sicut a gręcis hercules castor & pollux.

t LONGAS o vtinam. Ordo est. Sicci mane integro die dicimus o vtinã bone dux vel o bone dux vtinam prestes hesperie longas ferias vuidi cum sol oceano subest dicimus o bone dux vtim & c.

Argumentum odes. VI.

a Ppollinis hymnum poeta scribit: laudat enim illũ niobes prolem et tytion in latone matris vltõnem peremerit. quod item achillem cęteris maiorem militibus apud troiam occiderit. commendat deindi apollini sua lyrica: nam phœbus spm̃ phœbus carminis artem: phœbus poete nomen dederat sibi. hortat postea pueros puellasq; nobiles in apollinis & dyane laudes sua carmina decãtare. h. d.

Ode VI. De laudibus Apollinis.

☞ DIVE quem proles &c. Sunt qui credũt in ludis secularibus carmen hoc in apollinis honorem a poeta scriptũ. sed ludis in suo loco dicet. Interim quid sibi velit poeta inuestigemus. laudat Apollinem et in primis a pietate quã in matre vlciscenda adhibuerit.

a NIOBEA proles. Fuit niobe tantali filia que filios septem todidemq; filias peperit summo decore prestantes. tali prole superbiens admodum gloriabatur se latone preferens numero filiorum. itaq; ira motam fabulę latonam ferunt apollini vt niobes filios diane vt filias arcu interficerent mandasse. quibus matri obtẽperantibus contigit eodem tempore & abundare filiis nioben & carere. de quo ad plenum li. vi. metha. & diodo. li. v. & Gellius multa. ☞ Niobes autẽ funeribus superstes vidua mestaq; in tam grandem atq; obstinatam taciturnitatem deuenit vt pocius immobile saxum videretur quam femina. Quam obcausam a poetis fictum est. eam apud siphilum. vbi sepulti fuerant filii in lapideam statuam fuisse conuersam. durum est & odiosum plurimũ superbos non dicam tollerare. sed spectare homines mulieres autem fastidiosum. & importabile. (cum cente Iuuenale intollerabilius nihil quam femina diues) cum illos feruentis animi atq; elati vt plurimum natura produxerit. has vero mitis ingenii & remisse virtutis lauticiis potius quam imperiis aptas produxit. quamobrem mirabile minus si in elatas dei procliuior ira sit. & iudicium seuius. quotiens eas sue debilitatis contingat excedere terminos. vt insipiens Niobes fecit fortune lusa fallacia et ignara. quoniam ample prolis parentem fore non virtute parientis. sed nature opus esse in se celi benignitatem flectentis. Satis igitur illi ymo debitum erat. deo ex cõcessis egisse gratias. quam sibi diuinos qualescumq; honores quesisse. tanquam sui fuisset operis tam numerosam prolem atq; conspicuã peperisse. Quedum superbe potius quam prudenter operata est. egit vt infortunium viua fleret. & post multa secula suum nomen posteritati foret exosum.

b MAGNE lingue. idest superbię. vnde li. vi. metha. Niobe. Quis furor auditos inquit preponere visis. Cęlestes. aut cur colitur latona per aras. Numen adhuc sine ture meum est.

magnifice
a b
d Iue quem proles niobea magnę
vltorem stuprator
neũs grecus
c
Vindicem lingue: tytiosq; raptor
fere quasi.
Sensit & troię prope victor alte
ex phithia vrbe thessalie
d
Phithius achilles.
militibus
Ceteris maior tibi miles impar
s. dee
Filius quamuis thetidis marine
troianas
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.
achilles sicut comparatio pulchra
e
Ille mordaci velut icta ferro
illa arbor arbor alta vento illo
Pinus: aut impulsa cupressus euro
Procidit late posuitq; collum
Puluere teucro.
achilles.
f g
Ille non inclusus equo minerue
ociosos & quietos
Sacra mentito male feriatos
de hoc late li. ij. aene
Troas & lętam priami choreis
p fefellisset
h
Falleret aulam.
Sed palam captos grauis heu nefas heu
grecis
Nescios fari pueros achiuis
Vreret flammis etiam latitantem
Matris in aluo.
i
Ni tuis victus venerisq; grate
Vocibus diuum pater annuisset
variui casus meliori
Rebus ęnee potiore ductos
auspicio
Alite muros.

c TYCILSQVE raptor. quia voluit latone vim inferre. de quo vide ode. xiii. li. ii. Item li. iiii. ode. iii.

d PLITHIVS achilles. Ordo est. & plithius achilles ꝓpe victor altę troię miles ceteris maior tibi impar quamuis filius thetidis marinę. postea sequitur pugnax tremẽda cuspide quatere dardanas turres. Pithius autem dicitur ab vrbe phithia pue achilli subiecta fuit. de qua vide Strabonem li. ix. & plinium li. iiii.

e ILLE mordaci. Achilles ruẽs cadenti arbore comparat. de achillis autem morte vi. ode. xv. li. i.

f ILLE non inclusus. Ordo est. Ille achilles non inclusus equo mẽtito sacra mineruę &c. Ostendit autem achillem nõ fraude et clam sed aperte troianos potuisse opprimere. nisi apollo eum occidisset.

g EQVO minerue. Euersionem troie cũ sinone suo & equo ligneo ceterisq; omnibus que librum secũdum faciũt eneidos a pisandro pene ad verbum transcripsit Maro inquit Macrobius li. v. sat.

paruus quia numerari poterat.
Quo ſane populus numerabilis. vtpote paru?
Et frugi. caſtuſq; verecunduſq; coibat.
Poſtq; cepit agros extendere victor & vrbes
.i. continuo interdiu
Latior amplecti muros: vinoq; diurno
.ſ. cepit deus nature nulla pena a cenſoribus adhibita
quaſi
Placari genius feſtis impune diebus

rithmis z modulationibus
Acceſſit numeriſq; modiſq; licentia maior.
inrelligeret
Indoctus. quod enim ſaperet. liberq; laborum
imprus vitioſus probo
Ruſticus vrbano confuſus. turpis honeſto:

Sic priſce motumq; & luxuriam addidit arti
ſedilia
Tibicen. traxitq; vagus per pulpita veſtem
hoc modo chordis humane.
Sic etiam fidibus voces creuere ſeueris
addidit incoſuetum ſermonem velox eloquentia
Et tulit eloquium inſolitum facundia preceps.
prefcta
Vtiliumq; ſagax rerum: & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia delphis.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum
inultos deſcripſit
Mox etiã agreſtes ſatyros nudauit & aſper

c ET regat iratos. Cõpeſcat mitigat docet qua cauſa chorꝰ debet induci vt faueat bonis & concilietur amice.

d SALVBREM iuſticiã. Quia ſemper incolumis eſt ſalus vbi eſt iuſticia.

e ET apertis otia portis Quia in pace porte patent. vt panduntur porte. Et econtrario qua menia clauſis ferrum acuunt portis.

f TIBIA non nunc. Docet qua cauſa terrore multa mutari. Tibia enim ante nõ erat ita ornata. et neq; tam multis foraminibus tube emula. Modo vero & ornata eſt. & tam multa habet foramina vt ſonet quemadmodũ tuba. oſtẽdit autem luxuriam recentem & ambitionem natam eſſe. Antiquitatem vero ſeueram. nam prius non erat ambitioſa. nec multis foraminibus diſtincta. Varro enim ait. iiii. ſolum foraminum tibias apud priſcos fuiſſe.

g POSTq; cepit agros. Poſt quam ceperunt homines ita epulari. veluti in feſtis diebus & poſtq; ceperit impune vti cõuiuiis. q. ſacris cẽnis creuit luxuria.

h VRBES. Oſtendit ex hoc incrementum populi.

i VINOq; diurno. Inconti nentiam victus ſignificat. nã priſca ſobrietas nõ niſi ſemel in die capiebat cibum. idq; ad uentãte nocte.

k ACCESSIT numeriſq;. &c. Quia antea tres erãt chordę. poſt vii. facte ſũt. deide. ix.

l INDOCTVS. Nam cum indocti & ruſtici vrbanis admixti preter religionem nihil ſaperent voluptatẽ querebãt.

m RVSTICVS vrbano cõfuſus. Dicit autẽ cauſam per quam creuit licentia propter imperitiam populi. & quia nulla erat differentia inter bonos & malos.

n TRAXITq; vagus per pulpita. Propter geſtũ vagus quia non in vno loco. nec in vno modo tibicem. ſed varie huc atq; illuc ſeſe circumfert.

o CERVERE voces fidibus & c. Cithara primo monochordos. ideſt vnius chordę fuit. inde dextra leuaq; vna addita trichorda fuit. poſtea ſeptem chordę addite. Vnde illud. vii. diſcrimina vocum. Hoc autem inuentum Terpãdri eſſe volunt. Simonides deinde octauam addit Nonam Timotheꝰ inuenit. Tamiris primus cithara ſine voce cecinit. Cum cãtu vero Amphiõ vel Linus.

p CARMINE qui tragico: & c. Docet quomodo mutata eſt diſciplina poetarum. nã primꝰ Teſpis tragediã ſcripſit.

q VILEM ob hircum. Hircus fuit premium tragedo. vnde et tragedia dicta eſt tragos enim grece hircus appellatur Ille qui propter hircum tragica ſcripſit carmina. ipſe deſcripſit qualiter ſe habent agreſtes ſatyri.

r MOX etiam agreſtes. Nõ multo poſt ille aliquos carmine ſatyros induxit qui nudi pugnt. Nam docet vnde nata ſit ſatyra ex tragediis. ſ.

ſ AGRESTES. Seueros quia vitia carpant.

tragicus poeta

Incolumi grauiter iocum tentauit. eo quod
verbis blandis propter ioca
quia nuper inuenta erat
Illecebris erat & grata nouitate morandus
auditor vsus sacrificijs ebrius sine lege.
t
Spectator, functusq; sacris, & potus & exlex
certe laudare loquaces
v
Verum, ira risores: ita cōmendare dycaces
tractare grauia
Conueniat satyros, ita vertere seria ludo
admiscebitur
Ne quicunq; deos quicunq; adhibebitur heros

Regali conspectus in auro nuper & ostro
deueniat viles domos
Migret in obscuras humili sermone tabernas
poeta satyricus humilem altum
stilum stilum
Aut dum vitet humum, nubes & inania captet
dicere incomptos
x
Effutire leues indigna tragedia versus
honesta mulier
Vt festis matrona moueri iussa diebus
grauibus
y
Intererit satyris paulum pudibunda proteruis
horacius habentia ꝓpriam
significatōem dūtaxat
z
Non ego inornata & dominantia nomina solū
existens
Verbaq; pisones satyrorum scriptor amabo.
tragica dispositōe
ꝓlongare
Nec sic euitar tragico differre colore
Vt nihil intersit: dauus ne loquatur an audax
a
Pythias, emuncto lucrata simone talentum:
An custos famulusq; dei silenus alumni:
b
Ex noto fictum carmen sequar: vt sibi quiuis
facere
Speret idem, sudet multum frustraq; laboret
presumens
Ausus idem tantum series iuncturaq; pollet
tantus honor
c
Tantum de medio sumptis accedat honoris:
de ad vrbem satyri
d
Siluis deducti caueant (me iudice) funi
vt non cognati locis cōmunibus
sicut quasi
Ne velut innati triuijs ac pene forenses

t EXLex. q. nimia licētia solutus. Sententia est quod a priscis ludi non voluptatis causa reperti sunt. sed religionis. Sed postq̄ cepit spectator venire potus & liber & vt voluptatum tantum caperet adhibita est satyra.

☞ v VERVM ita riso. Animaduertendū est. ne persone maiorū. vt sunt deorū & heroum quibus auctoritas inest ex auro et purpura ornatis rediculi causa paulo post ita tractentur. vt si essent viles persone. & sermo iis attribuat qui est tabernas. idest paruas casas habitantiū. Aut rursus nedum in sublimi gradu continere volum⁹ nimis extollam⁹

x EFFVTIRE. sine dignitate et penso emittere. Sentētia est. cū tragedia sit indigna effutire leues versus propter suā grauitatem. & tamen sit aspergēda ioco. vt ociosos delectet imitabit̄ pudicam matronā cui cū saltare necesse in diebus festis sit. vt saltat illa quidem. sed seruato pudore. sic tragoedia admittat proteruitatem. i: lasciuiā sed seruato pudore.

y PROTERVIS. aut quia vitia notant. aut student risui. Nam & ipsa tragedia paulū pudibunda debet esse. que misceatur satyris vel intererit paulum non paulū pudibunda.

t ☞ NON ego iornata. nō tantūmodo rustica & ꝓpria verba quero in satyris. sed etiā decus personarū inornata. vt rustica & vilia vt est dicere pestilitatem. aut quo greci vocant acyria.

z NEC sit enitar. Sunt adhibendi satyri. quorū oratio iocosa sit. & multū remittat de seueritate tragica. Sed tamen cum aut silenum bachi alumnum. aut alium agrestem deū loquētem inducat. nolo vt ita a tragica grauitate discedat vt ad comicam vsq; ad humilitatem descendat. vt aut dauus seru⁹. aut pithias meretrix que decepto simone talentū lucrata est loqui videatur.

a EMVNCTO. Transiatio a quadrupede cui lac subtractum sit. Nam sic illa pecuniam subtraxerat.

☞ b EX noto fict. & c. De comoedia dicit. in qua argumentū ex rebus potissimis est Omnibus eni noti sunt amores iuuenum. Auaritia meretricum & huiuscemodi. Sed tamen cū illa eo stilo contextā vt omnibus facile imitabilis videat̄. tñ erit difficile ipsam imitari. In quo loco significat stilum acticū cui huiuscemodi laudem tribuit Cicero. vt cū a familiari sermone nihil differre videat̄ difficilimus tamen imitatu sit. Ergo ea serie idest continuato ordine. & ea iunctura idest constructione verborum valebit oratio. vt quamuis alius idem tentet. audeat cum multnm sudauerit frustra laboret.

c DE medio sumptis: idest de rebus communibus. vnde comoedia sumitur.

d SILVIS. Cum satyra scribitur adhibeatur quidem iocus. Sed si me iudicē adhibere voluerit poeta non inducat faunos. idest satyros qui rusticani sunt. neq; astuciā vrbanam habent ita loquentes. loquūtur homines vrbani qui in triuiis et in foro versati multa astucia callent.

e AVT nimiũ iuuene. & c. idest lasciui aut iuuenum more nam & hoc vrbanum potius est quam rusticum.

f IMMINVNDA. vt ait Acron. aut impropria vel fortasse obscena.

g CREPENT. idest crepitu & sonitu verborũ efferant

h IGNOMINIOSAQVE verba. idest infamiã afferentia Nam rusticani nõ valent illa acrimonia in obiurgãdo carpẽdo que qua valent vrbani.

i OFFENDVNTVR enĩ Affert rationem quare rusticanis personis non sit attribuendum quod est vrbanarum.

k EQVVS. idest qui sũt de ordine equestri.

l ET pater. idest qui sunt de ordine senatorio & patricio.

m RES. idest diuitie vel imperium. idest qui regunt magistratus non equo animo indecorum ferunt. Nec putant corona dignũ hunc poetam. quamuis plebei vel pauperes vt sunt emptores ciceris et nucis. idest rerum vilissimarum prebent.

n SILLABA longa. ostendit senarios iambos in vno versu dici trimetrum & non hexametrum. Nam ita velociter currit iambus. vt duo ꝓ vno computentur. Erant igit sex iambi in vno versu. deinde vt cresceret tardiorq; esset additione temporum pro iãbo triũ temporũ pes positus est spodeus. iiii. temporum vt promiscue aut iãbus aut spõdeus esset. Ergo iste pes citus iambicus recipit in iura paterna. q.d. in suum hereditarium ius. & quod sibi erat propriũ.

o TARDIOR vt paulo & c. Iambicum metrũ vt paulo tardius resonaret iparibus locis suscepit spondeũ. Nam ante soli iambi ponebantur.

e lasciuis
Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnq̃

f obscena g h
Aut immunda crepent ignominosaq; verba

i talibus dictis k l m
Offendunt enim quibus est equus & pater. res

laudat rei vilis
Ne si quid fracti ciceris probat & nucis emptor

Aequis accipiũt animis. donantue corona

n dicitur.
Sillaba longa breui subiecta vocatur iambus

Pes citus. vnde etiam trimetris accrescere iussit

sex pedes
Nomen iambeis. cum senos redderet ictus.

i. similis a principio vsq; ad finem nullo interposito spondeo
Primus ad extremum similis sibi. nõ ita pridem

o
Tardior. vt paulo grauiorq; veniret ad aures

i. tardiores quia vtramq; sillabam longam habent
Spondeos stabiles in iura paterna recepit.

Commodius & patiens non vt de sede secunda

locum daret p.n. poete.
Cederet aut quarta socialiter: hic & in acci

ꝓ ennij
Nobilibus trimetris apparet rarus & enni

theatrum pompa.
p
In scenam missos magno cum pondere versus

diligentia
Aut opere sceleris nimium curaq; carentis

doctus vir
Aut ignorate premit artis crimen turpi.

poeta non recta carmina
q
Non quiuis videt immodulata poemata iudex

existẽs.
Et data romanis venia est digna poetis

ego horatius
Idcirco ne vager scribãq; licenter an omnis

vieta quia nõ adhibeo periculum r
Visuros peccata putem mea tutus & intra

preterea arrogantie
s
Spem venię cautus vitaui deniq; culpam

gloriam pisones.
Non laudem merui. vos emxemplaria greca

frequenter vertite
Nocturna versare manu: versate diurna

p IN scenam missos. Reprehendit poetas qui cũ versus cum magno pondere. i. pompa soni miserint. reliqua que ad artem pertinent negligunt. Sensus autẽ est. Bonus iudex non decipitur sonoritate versus. sed videt cum poeta aut nimium properanter scripsit. et sine diligentia. aut artis ignarus fuit.

q NON quiuis & c. Ergo cũ non omnis animaduertat poemata immodulata. idest non recte composita factũ est vt indigne & iniuste data sit venia romanis poetis q̃ ñ data est grecis. apud quos acriora ex doctrina iudicia sũt. Nõ tamẽ propter hoc vagabor ego inquit horatius. idest sine proposito ab artificioso fine errabo & assumã nimiam mihi licentiam in scribẽdo. Sed ita scribo. vt putem omnes quicq̃d peccauero aĩaduersuros.

r INTRA spem venie. Ille dicitur intra spem venie qui non procedit vsq; ad id. vt ꝓponat sibi spem venie. Ergo cautus poeta ita scribit vt nõ sperat datũ iri veniam. si peccauerit.

s VITAVI. q.d. etiam cum vehementer laborauero. ita vt scribam cuncta ex arte. propterea q; vitauerim errata. nõ tamen id mihi a natura concessum est. vt si bonus poeta. vt tacite moneat artem solum in eo valere nec pecces. Naturam autem esse eam que preclara illa poetarum ornamenta afferat. Sed ad eam excitandam auxilium summũ afferre. si poetas grecos qui optimi sunt imitemur. Verũ cũ imitatio sit qua diligenti ratione impellimur vt aliquorum consimiles in dicẽdo esse valeamus monet. vt diu noctuq; in manibus nostris sint grecorum poemata qua nobis exemplaria esse possit.

t AT vestri proaui &c. Si quis putet esse satis habere exemplaria latinorũ cũ videamus plauti & sales et numeros a maioribus laudatos infert quod nimis paciẽter. q.d. nimis indulgenter & non seuere laudauere vtrumq;. s. sales & numeros. et apud illos plus valuit amicitia vel artis inscicia quam veritas.

v NE dicam stulte. Correptio est. Nam intelligit stultũ fuisse iudicium eorum. qui veniam dabant.

x DIGITIS & aure. Quoniam sonus metri pollicis strepitu & aurium perceptione probari solet. Vnde dactyli quidem pedes dicti sunt. quoniam plausu digitorum ac pedum sonum metrorum adiuuare solemus.

y PLAVSTRIS. Multi dicunt quod tam multa scripsit vt plaustris essent vehẽda. sed potius quia chori plaustris essent collocati. quoniam circa pagos essent vehendi.

z TESPIS. De thesbi dictũ est. & de fecibus quibus vngebantur ante repertam personam. & quemadmodũ esthilus & persone & palle inuẽtor fuit. et pulpita instituit nõ tamen magna vt inde fuerũt. Adinuenit etiã grandiloquũ stilũ et cothurnos i tragedia.

p̃decessores versus plauti
At vestri proaui plautinos & numeros &
runt indulgenter
Laudauere sales: nimium patienter vtrumq;:
si fas esset dicere horatius pisones
v
Ne dicam stulte mirari: si modo ego & vos.
incultum polito sermone
Scimus in vrbanum lepido se ponere dicto
numerum versus scansionibus
x callide cognoscimus
Legittimumq; sonum digitis. callemus & aure.
muse
Ignotum tragice genus inuenisse camene
p.n. poete
y 3
Dicitur & plaustris vexisse poemata tespis
in voce in gestu maculati
Que canerent. agerentq; peruncti fecibus ora
thesbim
Post hunc persone pallęq; repertor honeste
p.n. poete construxit.
exiguis
Aescilus. & modicis instrauit pulpita tignis
grandiloquum
Edocuit magnumq; loqui nitiq; cothurno.
iam dictis
a
Successit vetus his comedia non sine multa
reprehendẽdi.
p̃cessit
Laude. sed in vitium libertas excidit: & vim
introductꝰ in tragedia
Dignam legi regi lex est accepta: chorusq;
abolenit facultate
reprehendẽdi
Turpiter obticuit sublato iure nocendi
inexpertum tũ greca reliquerunt
tum latina scripserunt
Nil intemptatum nostri liquere poete
imo maximũ
m
Nec nimium meruere decus vestigia greca.
latina
Ausi deserere. & celebrare domestica facta.
etiam comedias habentes comedias habentes
poete argumenta latina. argumenta greca
Vel qui p̃textas. vel qui docuere togatas.
sapientia quieq̃d vel grecorum
Nec virtute foret clarisue potentius armis
poetarum.
Quam lingua latium. si non offenderet vnum
correctõnis relegendi
b
Quemq; poetarum lime labor & mora. vos o
tale
Pompilius sanguis carmen reprehendite qd̃ nõ
c d
magnum tempus macula
Multa dies & multa litura coercuit: atq;

a VETVS coma. In hac fuit nimia licentia vt nominatim ciues carperent etiam bonos. Nam Aristophanes socratem iniuriose vexat. Ergo tanta libertas in licentã cõuersa est. vt res vtilis a principio cum vitia reprehenderent in perniciem conuersa cũ innocentes quoq; taxarent comici veteres. Qua ꝓpter lata est lex apud grecos vt deĩceps nemo nominatim quemppiam notaret. qua propter remotus est chorus & facta noua comedia quam ad latinos transtulerunt romani poete. et a principio greca argumenta secuti sunt. Deinde imitationẽ grecorũ relinquentes formarunt latina argumẽta. hic sũt comedię pretextate ete togate argumẽtis latinis celebrate. vt quẽ admodũ armis & virtute. i. fortitudine supabant a latinis gręci. sic eloquẽtia nõ vincerẽt Et profecto cuncta profecissent latini poetę. nisi labor elimandi eos offendisset. & morari diutius in repertesũ esset.

b VOS o pompilius. Nam pisones a numa pompilio originem ducebant.

c MVLTA dies. Sic infra nonum primatur in annum.

d MVLTA litura. Nã quod scriptum est sępe litura oboletur. vt immutetur.

e PERFECTVM decies. Vt ostendit etiam cum decies iam perfectum sit egere correptione.

f AD vnguem. Ad extremā perfectionem. Et est trāslatio a iunctura lapidum que tunc denicq; probatur cum vnguē intra se non recipit. Causa autem quare non castigent est. quia non fidunt ingenio et id fortunatius putant. idest magis valere credunt quam artē quam idcirco miseram appellat. quia difficultate & labore plenissima est.

g CREDIT & excludit sanos &c. Sententia est Idemocriti quam plato corroborauit. vt nullus bonꝰ possit esse poeta. qui diuino furore nō sit afflatus ergo democritus excludit ab helicone. qui mons est musis cosecratus. idest excludit ab arte poetica poetas sanos. idest qui non sunt diuino furore affecti.

☞h NON vngues po' curat Poetas non vult philosophorum more incedere. Notat hic imperitos qui putant poetas optimos esse eos qui sūt demisso capillo vel barba.

i SI tribus antyceris &c. Per hyperbolem. idest tanto helleboro quantum tres antycere capere possunt. Nam in sola antycira insula heleborū candidum ad purgādum cerebrum citra noxā capiebat.

k TONSORI lycino Lycinus dicebatur tonsor opulentissimus quem postea dicunt factū senatorem a cęsare quia dicebatur nimiū odisse pompeium.

l OH ego leuus. Ostēdit ironicam esse orationem. et se futurum fuisse poetam ęgregiū

c summam. f pfectōem

Perfectum decies non castigauit ad vnguem

naturale melius.

Ingenium misera quia fortunatius arte ☜

a musis helicone cōsecratis

g Credit & excludit sanos helicone poetas

magna h de

Democritꝰ bona pars non vngues ponere curat

nemo

Non barbam secreta petit loca. balnea vitat

Nanciscetur enim precium nomenq; poete

Si tribus antyceris caput insanabile nunquam

h p.n. l inutilis.

Tonsori lycino commiserit oh ego leuus

coleram

Qui purgo bilem sub verni temporis hora

potiora

Non alius faceret meliora poemata. verum

illius lapidis

Nil tanti est: ergo fungar vice cotis. acutum

efficere cos

Reddere que ferrum valet excors ipsa secandi

stilū scribendi

Munus & officium nil scribens ipse docebo

Vnde parentur opes: quid alet formetq; poetā

Quid doceat: quid non quo virtus q̄ ferat error

m Scribendi recte sapere est & principium & fons

philosophice. nam a socrate manauit omnis disciplina.

Rem tibi socratice poterunt ostendere charte

n Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Qui didicit: patrie quid debeat. & quid amicis

Quo sit amore parēs. q̄ frater amandꝰ & hospes

censoris.

Quod sit conscripti. quod iudicis officiū: que

p defensione reipub.

Partes in bellum missi ducis. ille profecto

donea

Reddere persone sit conuenientia cuiq;

considerare modum bonorum

Respicere exemplar vite morumq; iubebo

si illorum exemplum esset secutus. sed male purgare bilē & valitudini inseruire qui nō tanti putat fieri poetam. vt velit illa incōmoda pati. vnde sequitur quod sit ad similitudinē cotis que cū acie caret incidere nō possit. tamen ferrum acuit. vt incidat. nō potest igitur optimum poema componere. At potest alium docere quomodo componat.

☞m SCRIBENDI re. &c. Non potest recte scribere qui non sapit. idest qui nō sit multa doctrina excultus. Sētit eni idē de poeta quod Cicero de oratore Et profecto eloquentia nemo illustris erit siue orathor siue poeta sit nisi multas variasq; disciplinas norit. sed presertim poeta. qui suam poesim omnibus scientiis atq; artibus exornandam sibi proponit. Qui diuersissimorum hominum ingenia nō modo ita exprimere. vt decorum obseruet. verū ita pingere. vt oculis nostris subiiciat omni artificio tentet. Omnis autem oratio ex verbis atq; sententiis cōstat. Verba a grāmatico rhetoreq; petuntur. res autē a philosophia mutari oportet. Nō iniuria igitur dicit sapere idest habere varias doctrinas. & est principium recte scribendi Nam nemo potest ea scribere quorū disciplinam nō teneat.

☞n VERBAq; prouisam. Nam qui bene rem tenet facile illi verba accommodabit: ergo pro dignitate personarū vnumquemq; describet qui diuersa diuersorū officia nouit. Qua ex re manifestum est illum rectum imitatorem futurum in scribendo qui vitā & mores hominū veluti exemplar sibi ad imitandum proponat.

poetam ex illis
Doctum imitatorem et viuas hinc ducere voces

bene instructa ornate.
Interdum speciosa locis morataq; recte

nullius ornatus verborum
o p q
Fabula nullius veneris sine pondere & arte

.i. validius auditorem detinet ppl'm
Valdius oblectat populum: meliusq; moratur

inculti r sonorose
Quam versus inopes rerum nugeq; canore

grecis s .i. sententijs perfectū
Graijs ingenium graijs dedit ore rotundo

cupidis.
t
Musa loqui preter laudem nullius auaris

latini
v x
Romani pueri longis rationibus assem

student infinitas
Discunt in partes centum diducere. dicat

illius romani de quinq; vncijs
y
Filius albini si de quincunci remota est

vna tercia pars vncis
Vncia. quid superat: poteras dixisse triens: en

summam capitalem qd sum
ne deciparis malest
Rem poteris seruare tuam. redit vntia: quid fit.

sex vncie auaritia ppeculij.
z
Semis. ad hec animos erugo & cura peculi

postquam asuescerit
Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi

linienda ppetuitate plano tali arbore
a b
Posse linenda cedro & leui seruanda cupresso

vtilia tractare delectabilia tractare
c
Aut prodesse volunt aut delectare poete

cum hoc delectabilia cōponere.
qd psunt humane
Aut simul & iucunda & idonea dicere vite

scribendo aliquid sis ea que
breuiter scribas dicuntur
Quicquid precipies esto breuis vt cito dicta

discant attenti
Percipiant animi dociles: teneantq; fideles

superfluum fuerit
Omne superuacuum pleno: de corpore manat

poemata q̄ componuntur ꝛ ficta sunt
Ficta voluptatis causa sint proxima veris.

d poeta
Ne quodcunq; velit poscat sibi fabula credi

neue eximat
e
Neu pranse lamie viuū puerum extrahat aluo

milites p seniores irrident q̄ vtilitatem nō habēt
f g
Centurie seniorum agitant expertia frugis

o FABVLA. Ex cuius allegoria aliquid eliciat ad vsū vite vtile. & propter hoc speciosa & moralia. etiam si non artificiose scriptam magis delectabit auditorem q̄ versus verbis illustres quos recenas nugas appellat. sed sententiis inopes.

p NVLLIVS veneris. idest venustatis & ingenii que ad artem spectant.

q SINE pondere. Sine magnis sensib⁹ sine grauitate verborum. idest non laborat poeta loqui rem sapienter inuentā Menander cum fabulam disposuisset etiam nondum versibus adornasset dicebat tamen se iam complesse.

r NVGEq; canore. Nullius momenti verba bene sonātia

s ORE rotundo. Eloquio ornato & perfecto. nam forma sperica ceteris perfectior est. Dedit autē musa hoc grecis quia laudem quam diuitias assequi malunt.

t AVARIS. Ergo ideę cupidis. at romani contra auaritię student & questui inuigilant & arithmetica vnum in plures diuidere docentur.

v LONGIS rationibus. Nam res nō solum in partes diuisa. sed etiam fracta in frustula non nisi longis rationibus. idest multiplici computo ad vnam summā reducit.

x ASSEM. Integram rem appellamus assem que in. xii. vncias diuiditur. sed hoc iam expressum est. sed quod incentum dixit ostendit varias sub diuisiones.

y DE quincūci remota. Nam remanebunt quattuor vncię quę sūma dicitur triens qa quattuor vncię tertia pars sunt duodenarii. Quod si ad datur ad quinq; vncias vna vt sint sex. huiuscemodi portio semis dicitur. quoniam senarius numer⁹ dimidia pars est duodenarii. huiuscemodi ergo preceptis imbuunt pueri nę in rationibus fallant.

z ERVGO. auaritia que animū minuit. vt ferrū erugo

a LINENDA. scribenda. nam in ceratis tabulis stilo imprimebantur.

b LIVI. Polita & rasa idest in tabulis cupressinis. nā hec quoq; arbor cariē non sentit.

c AVT prodesse volūt & c. Optimum poete consilium. nam voluit demonstrare poetarum officium esse. vt iocunda simul & vtilia dicant. sed disiunxit a principio. vt animaduerteret lector vtrumuis istorū separatim magni esse ponderis. Quid ergo si vtrumq; iungatur.

d NE quodcumq; velit. ordo est. quodcumq; velit sibi credi fabula poscat. i. comoedia aut fabula idest poemata que finguntur propter voluptatem sint verisimilia.

e NEV prāse lamie. i dest ne fingat tale argumentū fabula quod deuorauerit lamia puerum qui de vtero eius postea viuus prolatus sit.

f CENTVRIE seniorū agitant expertia. idest senes romani non probant poemata que sunt leuia. adolescētes nō delectantur austeris. quid enī faciendum est poete. poema tēperare vt & voluptati seruiat iuniorum. & seueritati satisfaciat seniorum.

g AGITANT expertia frugis. idest prosequunt que vtilitatem nō habent. Item erpertia frugis. idest inutilia aliena a maturitate carentia maturitate vel austeritate.

militeꝰ iuuenc
h
Celsi pretercunt auſtera poemata ramnes
materiam vilem
i
Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci
iocando
Lectorem delectando pariterq; monendo
petunias venditoribus libroꝝ
h
Hic mœret eram liber ſoſijs hic & mare tranſit
famoſo
Et longum noto ſcriptori prorogat euum.
in rempoſitõe cupimus
l
Sunt delicta tamen quibus ignouiſſe velimus
quis cythara
m cupie
Nã neq; chorda ſonũ reddit quẽ vult manus &
cythariſta ſonũ
ſonum
Poſcentiq; grauẽ ꝓſepe remittit acutũ (mens
ſagitta
n
Nec ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus
ſi
o
Verũ vbi plura nitent in carmine nõ ego pauci
non curabo m.ꝰ negligentia
nimoꝭ erroꝛ p
Offendar maculis: quas aut incuria fudit
capta paſſione aliqua q̃ le iudiciũ eſt hñdũ
conſideranti q
Aut humana parum cauit natura. quid ergo ẽ
cõmittit idem delictũ ſemper
poeta q̃ ſcribit magnũ opus
Vt ſcriptor ſi peccat: idem librarius: vſq;
horatius non eſt ei parcendum
Quamuis eſt monit⁹ venia caret cithareꝺ
Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem
r p.n.poete
Sic mihi qui multum ceſſat. fit cherilus ille
Quem bis terq; bonum cum riſu miror: & idẽ
Indignor: quandoq; bonus dormitat homerus
e
Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum.
r debet eſſe
Vt pictura poeſis erit que ſi propius ſtes
delectat imperfecta pictura
Te capiat magis & quedam ſi longius abſtes
mperfecta
v ꝓfecta
Hec amat obſcurum volet hec ſub luce videri
cenſoris rimice reꝓhenſionem.
acre indictum
Iudicis argutum que non formidat acumen
imperfecta lecta lecta ſemper
perfecta
Hec placuit ſemel. hec decies repetita placebit.

h RAMNES Luceres. Tatienſes. Romane tribus erant vel verius equites.

i OMNE tulit punctũ &c. Quoniã abſolutiſſimus perfectiſſimus is eſt, qui vtile dulci admiſcuit. Et eſt tranſlatio a cauſis centumuiralibus. Nã auditis partibus tabella circũferabatur iudicibus ac ſinguli punctum ſiue notam imprimebant qua aut damnarent aut abſoluerent.

k HIC meret. ideſt preſtat. i. dignus eſt emi. vel meret mercedem affert.

l SVNT delicta tamen Sẽſus eſt. Iter multa bona ſi habueris mala pauca ignoſcendum eſt.

m NAM neq;. Si ergo citharoedꝰ errat multo magis venia tribuenda poetis eſt. ſi in quibuſdam errauerit.

n NEC ſemper feriet. Nec ſagitta ab arcu per ſagittarium emiſſa ſemper deſtinatum locum ferit hoc vult dicere. Merentur poetę veniam. quia pene omnes in errore verſantur

o VERVM vbi plura. Si plura carmina optima facio. non eſt mirũ ſi poſſum offendere in paucis locis.

p INCVRIA. Negligentia qua maculę funduntur.

q QVID ergo eſt. quod moneo ſi poeta itidem peccet ſępe hoc ergo vult dicere. Si in carmine ſcripto plura erunt que niteant patiar ęquo animo ſi paucę adſint maculę que ſiue ſcriptoris negligentia erunt in libro ſparſe. ſiue a deſectu nature humanę prouenerint. ſed ſi hoc poeta ſępius admonitꝰ alicuius vitii tamen in eo aſſidue peccat. ita caret venia. vt citharedus qui ſemper eadem chorda peccat. Nam omnes illum rident.

r SIC mihi qui multũ &c. Senſus eſt quod nõ in paucis locis peccant. ſed in multis ita ridendi ſunt vt Cherilus poeta qui cũ in paucis locis admirãdus ſit. indignationem tandẽ excitat cum in multis erret. nã in paucis ferendus eſſet. quando etiam tantus poeta homerus nonnunquam dormiret. i. non appareat vigilantiſſimuſ Cherilus Alexandri magnũ ſecutus eꝰ bella deſcripſit. ſed ita inepte. vt ferant Alexandrũ dixiſſe ſe malle homeri theſitem eſſe quam Cherili Achillem. Addunt cum cherilo pactum vt pro verſu aureũ imꝑenderet nummũ pro malo vero colaphum inferret.

s VERVM operi longo. Non mirum eſt. ſi qui magna volumina ſcribunt quãdoq; in ſomnum incidant. ideſt deficiant a conſueta vigilantia.

t VT pictura &c. Pictura perfecta quanto in maiori luce aſpicitur. & magis in propinquo: tanto magis placet. que aut non ita perfecta eſt vt magis in obſcuro probatur. Eadem ratio eſt in poeſi qua propter que nõ reformidabit iudicium acutiſſimi viri. ſemper placebit. etiam ſi decies legatur.

v HEC amat obſcurum. ſi mala quo foco. in coloribus magis poſſũt placere quã arte

☞ x O maior iuuenō. Preceptum maximū daturus attentionem ex apostrophe ad maiorem pisonem captat. Est autē huiuscemodi sentētia quod quedam doctrinę atq; artes etiam si ad medium ventum est & non ad supremū laudē merentur. Nā aliquis iuriscōsultus mediocris in pretio est etiam si longe absit a virtute.

y MESSALE. aut casselli qui optimi fuerunt iuriscōsulti. Sed poetarum longe alia ratio est. Nam nisi perfectus sit. a nemine probatur. Ratio autem est, quod ea que propter vtilitatem expetuntur. vt sunt patricinia iurisconsultorum satest tantū posse, vt inde quesita voluptas proueniat. Que autem queruntur propter voluptatem vt poesis est & musica & que iis similia. nisi totā voluptatem expleant. nunquā placent. Igitur aut nullus erit poeta, aut absolutissimus erit nam mediocritas illis non cōceditur.

z VT gratas inter medias quemadmodum inter epulas neq; symphonia neq; vngentum placet. nisi perfectū. quia hę non sunt necessaria ad famem sedandam. sed propter solam voluptatem requiruntur. Sic versus quoniam propter voluptatem expetuntur non placent nisi perfecti. Qua propter neq; ipse columnę i. loca in quidus recitantur. nō admittunt mediocres poetas Posuit autem continens pro contento. vt etiam ipsi vulgares indoctiq; homines qui ad ludos veniunt malos versus explodant.

a SARDO cū melle. amariori melle. nam sardinia corsicaq; propter copiam taxi ar

piso inter fratres doctrina
x
O maior iuuenum. quamuis & voce paterna
bene componendū preceptum
Fingeris ad rectum: & p te sapis hoc tibi dictū
accipe est
Tolle memor: certis medium & tolerabile reb⁹
pcurator causarum
Recte concedi: consultus iuris & actor
q.d. non multum sciens
Causarum mediocris abest virtute diserti
p.n. iurisperiti quāuis nesciat legum peritissimus
y tantum
Messale: nescit quantum casselius aulus
honore habet
vt esse mediocres.
Sed tamen in precio est: mediocribus esse poetis
dedere licentiam
lapidee
Non homines: non dij non concessere colūne:
inter cōuiuia delectabilia cantilene
z malesonans
Vt gratas inter mensas symphonia discors
pingue sardiaco
a
Et crassum vnguentū ⁊ sardo cū melle papauer
conuiuium
Offendunt: poterant duci, quia cœna sine istis.
compositum carmen
delectandis
b
Sic animis natum inuentūq; poema iuuandis
modicum a pfectione minimum
Si paulum sumo decessit. vergit ad imum
c
Ludere qui nescit campestribus abstinet armis
ignarus non ludat
Indoctusq; pilę disciue trochiue quiescit.
dense
Ne spisse risum tollant impune coronę
sic etiam d
Qui nescit versus tamen audet fingere: quidni:
es
Liber & ingenuus. presertim census equestre;
infamia liberatus
Summam nummorū vitioq; remotus ab omni
nolente
Tu nihil inuita dices faciesq; minerua.
qd. non egrediaris sapientiam
animus
Id tibi iudicium. ea mens. si quid tamen olim
composueris
Scripseris in metij discat iudicis aures
etiam discedat aures mei horatij corrigatur
e
Et patris & nostras nonūq; primatur in annū
cartis collocatis
f corrigere.
Membranis intus positis delere licebit ☜

boris cui⁹ flore depastę apes mella amara conficiunt. detestabiles in hac re sunt. Vir. Sic tua crineas fugiant examina taxos.

b IVVANDVS. sua. s. Voluptate. propter hoc si sūmū non attingit infimum potest dici. ergo mediocres poetę qñ quidem mediocres in numero malorum sunt.

c LVDERE qui nescit. Quē admodum hi qui ludunt vel armis vel pila vl' disco vel trocho. de quibus omnibus iam dictum est. & non recte id faciunt. ab omnibus ridentur. quia & hi ludi minime necessarii sunt. Sic & poetę qui nescientes audēter fingere versus

d QVID ni. & c. Sensus est tu piso qui es ingenio non seruili. sed liberali & ingenuo et in aliquo gradu ciuitatis. et es census summam equestrem. Preterea carens vitio hic profecto neq; versus facere. neq; quicq̄ aliud tentabis multa minerua. idest repugnante natura sed tamen si quid vnq̄ scripseris requires in eo metij patrisq; tui iudicium.

☞ e NONVMq; primatur in annum. Si mala sint carmina vsq; ad nonum annum lateant. et studiosius corrigāt.

f NELERE licebit. Ratio quare ad nonum annum includātur. Nam antequam in aliorū manus peruenerit poteris emendare aut delere.

publicauerit
g i.e
Quod non ediderís: nescít vox missa reuerti

g NESCIT vox &c. Sed si iã fuerit recitatus aut editus a te liber, nõ poterit ad te redire.

siluas habitantes
h
Siluestres homines sacer interpresq; deorum
ab occasione hominum
Cædibus & victu fœdo deterruit orpheus.

h SILVESTRES homies Ostendit orphei & amphionis exemplo quantum vtilitatis ad humanam societatem conseruandam quandoq; attulerint poete boni. Orpheus autem primum poeticam illustrauit ex hoc dicitur leniſſe tygres & leones. qui & efferatos hominum animos placuerit carmine.

est mitigare
Dictus ob hoc lenire tygres: rapidosq; leones
p.n. poete
i
Dictus & amphion thebane conditor vrbis
boices ouros

i ET amphion &c. Cadmus thebas cõstituit eas muro cinxit amphion.

cythare iucunda
Saxa mouere sono testudinis & prece blanda
l2
Ducere quo vellet: fuit hec sapientia quondam
in priuato loco
Publica priuatis secernere, sacra profanis,
accu carnali homines l instituere
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis
sculptas in tabulis
Oppida moliri, leges incidere ligno.
hoc modo

k FVIT hec sapientia &c. Olim poetę sapientiam et eruditionem incultorum hominũ prohibebant. ideſt aliquãdo fuit hec sapientia in poetis vt docerent quomodo sit viuendum priuatim vel publice

poetis
t
Sic honor & nomen diuinis fatibus atq;
versibus poetarum orpheum t amphionã clarus fuit
Carminibus venit, post insignis homerus
m
Dirceusq; mares animos in martia bella
suis artem poeticam
responsa appollinis
Versibus exacuit, dicte per carmina sortes
n o

l VAGO concubitu. meretricio. dicit quomodo poetę docendo carminibus suis hominum qui modo ferarum viuebãt mitigassent animos.

Et vite monstrata via est, & gratia regum
carminibus poetarũ
p q
Pyerijs tentata modis: luduscq; repertus
laudatio ad pudorem
r
Et longorum operum finis, ne forte pudori
pisoni s

m DIRCEVSq; mares Lacedemoniis diu aduersũ athenienses certantibus oracula respongerunt. nõ aliter posse victoriam habere, nisi athenienſem ducem habuissent. Missis legatis qui hoc ab athenienſibus postularent. Athenienses in contumeliam ipsis Dirceum quẽdam claudum dederunt dicentes iuxta ignauiam ipsorum hunc eis ducẽ posse sufficere. Sic oracula que promiserunt nõ frustrata sũt.

Sit tibi musa lyra solers & cantor appollo.
ingenio sine arte
t
Natura fieret laudabile carmen. an arte
horatius

n VIA. Ratio hoc est etiam philosophia mõstrata est versibus.

Quesitum est: ego nec studiũ sine diuite venã
sine arte
hoc modo
Nec rude quid prosit video ingeniũ: alterius sic

o ET gratia regum. Carminibus sunt descripti reges. carmina meruerunt amicitias regum. & longorum operum finis. hoc est vt carmen libenter operarẽtur. & cum declinatione opus ad finẽ perducerẽt

Altera poscit opem res. & coniurat amice.
v desideratam.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
passus est
Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alsit

p PIERIIS modis. ideſt modulationibus. & exprimit versus lyricos. quibus sunt multi reges laudati.

q LVDVSq; repertus. Nã in ludis comedie & alie fabule adhibebantur.

r NE forte pudori. Ideo inquit numerauí hec ne erubescas referri in numerum poetarũ. i. ideo dixi multa cõmoda nasci de carmine. ne forte opiso poema sordidum videat

s CANTOR appollo. Inuẽtor cithare. qui pest musis.

t NATVRA fieret &c. Multi querunt vtrum poeta nascatur an fiat. ita rem diuidicat poeta. vt vtraq; re opus sit. cum neq; studium profit nisi a natura sortiamur discẽdi venam. neq; rursus, vena sine arte.

v STVDET &c. Aureũ preceptũ. qui studet ad gloriam venire multa debet perferre. ideſt sudare agere vigilare. abstinere a venere.

luxuria ebrietate laudem appollinis
a x
Abstinuit venere & bacho. qui pythia cantat
sonans tibia quam cantaret
valde timuit
Tibicen didicit prius, extimuitq; magistrum
p hec nostra pecepta mirabiles versus
Nunc satis est dixisse ego mira poemata pango
superuenie vicium
3 ad finem horatio
Occupet extremũ scabies: mihi turpe reliq est
vicium est mihi ignorare confiteri
Et quod nón didici sane nescire fateri:
a
sicut
Vt preco ad merces turbam qui cogit emendas
preco pecunias quas dat
Assentatores iubet ad lucrum ire poeta
Diues agris diues positis in fœnore nummis
cibũ
Si vero est: vnctum qui si recte ponere possit
pmittere non habente pecunias
Et sponderi leui pro paupere & eripere atris
inuolutum talis adulator
Litibus implicitum mirabor. si sciet inter
adulatorem integrum
Noscere mendacem verumq; beatus amicum:
piso .i. acceperis aliquid ab amico.
c tribuere aliquid
Tu seu donaris, seu quid donare velis cui
carmina composita a te aliquẽ hoiem
adulatorem
Nolito aduersus tibi factos ducere plenum
adulator fecisse carmina
Letitię. clamabit enim pulchre: bene recte.
adulator educet q̃ videntur amiciri
c
Pallescet super his. etiam stillabit amici
suis saltabit
f
Ex oculis rorem: saliet: tundet pede terram
sicut flent
g
Vt qui conducti plorant in funere: dicunt:
quasi multa ac si dolerẽt ex animo.
Et faciunt prope plura dolentibus ex aĩo: sic
adulator quam verus laudator
mouet gestus suos.
Derisor vero plus laudatore mouetur ☞
h mouere cõuiuijs
Reges dicuntur multis vrgere cullulis
experiri vino puro considerasse conantur
Et torquere mero quem perspexisse laborant
eorum versus componis.
An sit amicitia dignus, si carmina condes
decipiant laude
adulatoria astucia.
Nunquã te fallant animi sub vulpe latẽtes. ☞

x QVI pythia cantat. Aliud preceptum vt ita studiis insudemus vt prceptores non dedignemur habere.

y PyTHIA. Hymni erant in honorem apollinis. nec laborãdum est. vt plura quam alii scribamus. sed vt meliora

z OCCVPET extremum scabies. Prouerbium puerorum qui in principio cursus clamabant, occupet extremũ scabies. Nec debemus putare nobis turpe relinqui .i. quod alii nos pretereant plura scribendo. Nec etiã putare turpe esse fateri nescire qd̃ nescimus

☞ a VT pręco. Vituperat poetas qui recitaturi disponũt inter auditores qui carmina illorum laudent.

☞ b QVI si possit ponere vnctum. idest parare cõuiuiũ aut fide iubere pro paupere. aut implicare impeditum litibus tuc tot sibi aderunt adulatores. vt nescias discernere mendacem. idest eum qui per adulationem laudent nõ laudanda a vero amico. i. ab eo qui laudet. qa putet laudãda.

c TV seu donaris. Sed tuipẽ si forte liberalitatis causa donaueris. seu donare volueris fuge eos tibi adulatores adhiberi. nam munere deliniti sunt facti aduersi. i. inimici. i. adulatores. nam adulatore nihil est perniciosius.

☞ d PALLESCET. Ex stupore quem simulabit imo etiã lachrimas vi exprimet. vt videat̃ lachrimare p̃ gaudio.

e STILLABIT rorem. nã cum coactus lachrimet non manabunt affatim.

f TVNDET pede terrã. vt oñdat vehementer admirari.

☞ g VT qui cõducti. Mos erat apud antiquos conducere mulieres in ea re exercitatas que mercede accepta funera lugerent. ergo quemadmodũ ille magis plorabant. quam qui ex animo plorarẽt. sic adulator quem iure derisorẽ appellat plus mouetur vero laudatore.

h REGES dicuntur. Vtile preceptũ. Est autem sententia quod quemadmodum videmus magnos viros quod antea quam hominem in amicitiam recipiant illius animi secreta nosse tentant & multo vino aggrediuntur. quia bene poti simplicius mẽtem suam promunt. Sic & nos conabimur verã sententiã elicere. cũ nos laudãt. quod si faciemus nunq̃ nos fallant animi latentes sub vulpe. idest nunquam fallẽt animi. qui calliditate vulpina se teguntur.

i QVINTILIO si quid. demonstrat quale sit consilium veri amici exemplo quintilii vari poete cremonensis & maroni amici qui iudex ad poema adhibitus aperte quid corrigendum putaret denuncia/bat. quod si bis terq; frustra expertus te melius facere posse negares. iubebat tale poema deleri.

k TORNATOS. rotūdos id est perfectos. nam quetorno fiunt rotunda fiunt.

l REDDERE incudi. id est denuo fabricare. Translatio a fabro. cui cum forma quā parat non successerit rursum in rudē massam redacta materia ex integro opus inchoat.

m SI defendere. Est peruicax ingeniū in nonnullis. qui quamuis erasse doceant omne acumen ad id conuertunt. vt potius errata defendere nitantur quam corrigere. Ergo quintilius hos dimittebat neq; deinde vlterius monebat.

n SINE riuali. Riuales hi dicuntur quorum agri eodem riuo discernuntur de quo sibi vendicando sepe contendunt Et per translationem appellantur riuales qui eādem mulierem amant. Sed ad interpretationem huius loci amat ali quis sua scripta sine riuali cū illa a nullo alio amentur.

o VIR bonus. ostendit consilium prouenire oportere ab eo qui prudentia possit errata cognoscere. huiusce modi igitur vir reprehēdit versus inertes. id est negligenter scriptos. qui & scriptoris inertiam indicant.

p INCOMPTIS id est qui conuenienti ornatu carent.

familiaris virgilij de q̄ in odis li. primo
t cōmunicares
Quintilio si quid recitares: corrige sodes:
iam dictum scq carmen componere
Hoc aiebat. & hoc melius te posse negares:
.i. remouere aliquid a tuo carmine
Bis terq; expertum frustra delere iubebat.
compositos.
l
Et male tornatos incudi reddere versus.
iterū componere
m magis voluisses
Si defendere delictum quam vertere malles.
amplius quintilius inutilem diligētiā.
Nullum vltra verbū aut opam sumebat inanē.
n correctore
Quin sine riuali teq; & tua solus amares:
amicus corriget
o
Vir bonus & prudēs versus reprehendit inertes
vitiosus inornatis apponet nigrum
p q
Culpabit duros. incomptis allinet atrum
non recta cum penna superflua remouebit.
r
Transuerso calamo signū: ambitiosa recidet
habentia apparen versibus
cum non existentiā
Ornamenta. parum claris lucem dare coget:
reprehendit que mutari debet
signabit cum punctō
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit:
erit p.n. grammatici vir bonus
s
Fiet aristarchus: nec dicet cur ego amicum
fabulis suis seriosa
adulatōnes.
Offendam in nugis. hę nuge seria ducent
pessimū vitiū
t v
In mala derisum semel exceptumq; sinistre.
x
Vt mala quem scabies aut morbus regius vrget
y indignata
Aut fanaticus error: & iracunda diana.
male sanum
Vesanum tetigisse timent: fugiuntq; poetam
verident illum poeram
3 stulti a stultum.
Qui sapiunt. agitant pueri incautiq; sequunt.
poēta adulatores pro eructat
insana
Hic dum sublimis versus eructatur & errat
simili modo ad capiendas aues
b c
Si veluti merulis intentus decidit auceps
fontem auxilium prebere.
In puteum foueamq;. licet succurrite longū
vocet inuenitur
Clamet io ciues. non sit qui tollere curet.
quis auxilium.
Si curet quis opem ferre. & dimittere funem.

q ALLINET. Linendo imponet atrum signum. nam lineis ex atramento ductis loco delendum significat.

r AMBICIOSA: q. modū excedentia. Translatio ab ambitiosi qui sibi plus quā oportet honores petunt.

s FIET aristarchus. Vtatur eadem seueritate qua vsus est grāmaticus aristarchus. qui & homerica carmina que nō essent probanda. neq; imitabitur illos. qui dicunt nolo os fēdere amicum in nugis.

t IN mala. id est in malas necessitates. si non fuerit emendatus irrisio laudati in aliis maioribus ipsum docebit errare.

v SINISTRE. cōtrarie. Quia vt superius dixit nescit vox missa reuerti. et ideo post q̄ mali poete carmina publicant cōtraria ab omnibus excipiuntur. & irrecuperabiliter deridentur sicut scabies & regius morbus. ceteriq; morbi quos ipse dicit sunt incurabiles adeo. vt vix aut nuquam possint curare.

x MORBVS regius. qui alicuius nominis furore vexat. id est qui lymphatico agitant.

z AGITANT. Prosequūt Nam pueri pretereuntibus illudere soliti. quos insectantur in dementiam compellunt.

a INCAVTI. Quia possūt ludi ab isano poeta.

b SI veluti merulis &c. Sēpius est. Nec semel insanos versus faciet. nec carebit cupidita te. tāq; assidue infoueā cadat.

c MERVLIS. Merula auis dicta. quod mera. i. sola volet.

☞d DVM cupit empedocles. Empedocles fuit agrigentinus philosophus qui se i crateram precipitem dedit ętnę. immortalitatem affectans.

e INVITVM qui seruat Acuta ratio & vera sententia nam si quis se ipsum perdat: idem ille erit & cedens & cesus. hunc igitur si seruabis nõ solum eum seruabis qui occidebatur. sed eum quoq; qui occidebat.

☞f NEC fiet homo. Tanta vesania laborabat hic. vt quãuis sepe moneas. & a proposito dimouere tẽtes. nũquã fiet homo. idest nnuquam vigebit in eo ratio. qua sola homines sumus. sed in ea persistens nunquam deponat honorem famose mortis. nam quemadmodũ empedocles

dicit aliquis pstrauerit
Qui scis an prudens huc se deiecerit. atq;
a fouea
Seruari nolit. dicam siculiq; poete
ostendam haberi fama perpetuam.
Narrabo interitum deus immortalis
quãdo d poeta
Dum cupit empedocles: ardẽtem frigidus ętnã
saltauit insanis
Insiluit: si vis: liceatq; perire poetis
e ille in vita auxilium prestat.
q̃ seipsum occidit.
Inuitum qui seruat: idem facit occidenti
correctus fuerit ab homicidio
Nec semel hoc fecit nec si retractatus erit
sapiens
Fiet homo. & ponet famose mortis amorem.
g quando componet sine arte
Nec satis apparet cum versus factitet. vtrum
poeta super sepulchrum patris sui locus vbi h
fulmen cadit
Minxerit in patrios cineres. an triste bidental
retigerit polutus poeta comparatio
Mouerit incestus. certe furit. ac velud vrsus
si potuit cancellos.
Obiectos caueę valuit si frangere clatros:
virum
Indoctum doctumq; fugat recitabor acerbus.
det inuit vt eum audiat fastidium generat
ita detinet
Quem vero arripuit: tenet occiditq; legendo
di pellem sãguinis
sanguisuga
Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo

dum deus fieri cupit amisit quod hominis est. sic & iste insania recitandi dum optimi poete gloriam querit. eã quã habet qualiscumq; sit amittit.

g NEC satis apparet. Tanto laborat furore vt manifestũ sit ex ingenti scelere quod dii irati sint prouenire vt accidit oresti & almeoni propter matricidium Sed tamen non apparet quod sit hoc scelus propter quod versus dictitet. idest in tantũ furorem vt versus ineptos recitet. Que quidẽ sũma est insania nisi sit quod pacientis sepulchrum violauerit. aut incestus quasi impurus mouerit bidental. quod tãgere non nisi pueo licet.

☞h BIDENTAL. Est locus fulmine tactus. sic dicta quod bidentis sacrificio expiatur alii dicunt bidental templum esse. in quo bidentes sacrificantur.

QV. Horatij Flacci artis poetice finis

Breuia quedã Jacobi Philomusi in libros sermonum Horatij flacci poete sapentissimi.

De Satyra Primum caput

Q Vamuis satyram esse opus hoc confiteatur: tamen propríos titulos ei voluit accomodare. Nam hos priores duos líbros sermonum: posteriores epistolarũ inscripsit. In sermonũ libris vult intelligi: quasi apud presentem se loqui. Epłas vero quasi ad absentes missas. Satyra autẽ vt dyomedes grammaticus scripsit. Carmen est apud romanos maledicum: ad hominum vitia carpenda Comedie prisce charactere compositum: a qua in hoc tantum differt: ꝙ illa iambicis & eiusmodi versibus constat & pſonis introductis noue fere comedie par est: & vitia hominũ cum denominatione continet pſonarum. Hec autem ideſt satyra in hexametros assurgit: libertate simplex. Neꝙ enim personas aperte nominat: prisce comedie princeps & inuentor fuit Susarion Megarensis de quo multa apud dignos scriptores memorantur. Ex prisca enim comedia que maiori lasciuit licentia Satyra: que auctore quintiliano tota nostra est: manauit. In qua primus insignem laudem adeptus est lucilius: qui quosdam vt scribit fabius ita deditos sibi amatores habuit: vt eũ oibus poetis p̃ferre nõ dubitarent Secũdus post hunc horatius: qui etiam lucilio multũ tersior: ac purus magis habetur: & ad notandos mores magis precipuus. Horatius enim poeta egregius: & platonica disciplina instructus. cũ se non sibi soli natus sed ciuibus suis: ceterisꝙ mortalibus censeret: pro cõmuni salute: inuigilandũ sibi proposuit: vt mortalium mentes faceret meliores. Tertius persius annumeratur qui iudice fabio Quintiliano multum & vere glorie quamuis vno libro meruit. Quartus vero iuuenalis habetur: qui & venustate Carminis & Satyre dignitate seruata: ita cõmendat: vt si alijs omnino p̃ponendꝰ nõ sit: certe vł eis par habendꝰ.

Caput secundum vnde dicta sit Satyra.

S Atyram nomen accepisse a varijs causis scribunt Diomedes clarus grammaticus / porphyrio & Acron ideſt a Satyra lance: que inferta varijs multisꝙ primitijs in sacra inferebat. & a copia & saturitate rei satyra vocabatur. Siue a lege satyra: que vno rogatu multa simul comprehendit: ꝙ scꝫ & satyra multa poemata comprehenduntur. cuius satyre legis lucilius meminit in primo per Satyraꝫ editem factum qui legibus vlnat. & Saluſtius in iugurtha. Deinde quasi per Satyram sententijs exquisitis in deditionem accipitur. Siue a satyris dicitur: ꝙ similiter in hoc carmine res ridicule pudendeꝙ dicuntur: que velut a satyris dijs siluestribus proferunt & fiunt. Hocꝙ verisimilius. Nam in comedia prisca que in vitia hominum apertius: vt dictũ est: inuehitur: salibusꝙ & iocis absoluitur. Satyri introducti sunt dij siluestres & procaces iocularia & lasciua inter se iactantes. nec sit. Igitur qui neget satyrã esse que a poeta scribatur: cum ipse in aliquo loco sequẽti ita de se proferat: Sunt quibus in Satyra videar nimis acer & vltra legem tendere opus. Appellauit autem sermones: vt libri titulo stili figuraꝫ: ꝙ sane humilis est atꝙ depressa indicaret. Non autem nos fugit oratõem omnem: si Ciceroni credimus in contentõem ac sermonem diuidi: & contentõem esse oratõem illam: quam accurate & cum meditatõne ex loco superiore habemus Cum autem inter familiares & de familiaribus rebus priuatim orationem ita instituimus: vt per vices & loquamur simul & loquentes auscultemus & respondeamus / is sermo appellabitur. quoniam verba vicissim seruamus. quod dicendi genus in infima figura cum versetur. placuit horatio satyras suas codẽ stilo scriptas sermones appellare. est Igitur Titulus huiꝰ libri

QV. Horatij flacci Sermonum liber primus.

Argumentum in primam Satyram.

tem in publicum prodire cō sueuerunt.

m QVID miser.Verba libri.

n IN breue te cogi.Sensus est.Multi te nō amabunt & reprehendent. Sed etiā qui amator est cū erit plenus.i.sacietate affectus coget in breue.ideſt ex fastidio. nec totus nec ex ordine recitaberis.

o QVOD si non odio.i.si ego qui tibi peccāti vt augur futura predico non desipio odio tui tamdiu rome carus eris q̄ diu reminueris pulchritudinem noui libri.

p PASCES tineas. Que te corrodent.

q TACITVRNVS. Quia non legeris.

h VERTVNNVM ianū q̄. Hanc epistolā methaphorice inscripsit .q. in rem animatam significans librū suū in publicū velle procedere se vero prohibere. Vertunnus autem & ianus dii sunt qui presunt negotiis emētium & vendētiū ante quorū templa erant:loca in quibus cū ceteris rebus etiam libri venales erant. Per deos autem loca significant.

i VT prostes. Palam te venalem offeras nec; sine conuicio prostes nam hoc impudicarum est: vt ostendat illū pudore carere.

k SOSIORVM. Librarii duo fratres erant in precio ea tempestate acute cognitores omnium librorum & exti matores.

l GRATA pudico. Nam in quib⁹ pudor est ii sub clause & sigillo custodiri nō au

Primus Liber Epistolarum

oppidum illud

Aut fugias vticam: aut vnctus mittere illerdam
r e
sicut risit

Redibit monitor non exauditus: vt ille
inobedientem supa a via depulit
r

Qui male parentem in rupes detrusit asellum
nolentem curet

Iratus: quis enim inuitum seruare laboret?
etiam expectat caracteres litterarium
v

Hoc quoq; te manet: vt pueros elementa docentē
detineat

Occupet extremis in vicis balba senectus,
postquam adhibuerit
x

Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures
t modica

Me libertino natum patre & in tenui re
res meus amplificasse

Maiores pennas nido extendisse loqueris
origini mee.
s

Vt quantum generi demas, virtutibus addas,
primoribus principibus

Me primis vrbis belli placuisse domiq;
breue statura .i. non ergo canū
a b c

Corporis exigui præcanum solibus aptum.
ad irascendū reuocabilis
velocem

Irasci celerem: tamen vt placabilis essem.
a casu interrogabit
b

Forte meum si quis te percunctabitur æuum
.i. quadraginta
quater annos

Me quater vndeno sciant implesse decembres
inconsolatu socium ille consul
virum illum

Collegam lepidum quo duxit lollius anno.

Finit liber primus Epistolarum.

r VNCTVS. Fiet ex te opistographie epistole. Est enim opistographie epistole inscriptio que a tergo fit. vel eris tunica rerum venalium.

ſ ILLERDAM. Hispanie vrbs.

t IN rupes: Nam cū recta asinum ducere voluerit neq; ille peruerit iratus in rupem detrusit.

v PVEROS elementa docentem. Nam senes questum facere cupientes docent pueros prima elementa. idest cognoscere characteres litterarum & componere in syllabas & dictiones: & ad eam rem vilioribus vtunt libris.

x CVM tibi sol. Nam post ortum solem pueri ad senem docendi veniunt.

y ME libertino &c. Ipse enarrat sermonem suam cynice non dissimulans humilitatē generis ac se esse piectū.

z VT quantum generi demas &c. Causam exponit cur non verecundetur humilem genologiam profiteri. id est quod non haberet ex parentibus haberet ex sapientia

a CORPORIS exigui. Hec descriptio charatheristmos dicitur.

b PRECANVM. Propter caniciē & ante annos albos capillos.

c SOLIBVS aptum. Solitum iacere sub sole & chroma facere.

d FORTE meū &c. Sensus est quod anno consulatus Lepidi et lollii poeta explerat quartum atq; quadragesimū annum vite sue.

Argumentum Prime epistole

a D Augustum liber est. Nam & apud Suetoniū legitur epla augusti Horatiū arguentis q d ad se non scribat. Excusat ergo se nō scribere ne illū tot negocijs occupatum impediat & simul ei laudes aggreditur. In tota aūt epistola subtiliter in fauore poetarum versatur. Hoc dicit.

Ad augustum

quo ad numerum
e administres

c VM tot sustineas & tanta negocia solus
bellis honestare vire
f g h
Res italas armis tuteris: moribus ornes:

e CVM tot sustineas. Est autē principiū pene heroicum & quo optimi sapientissimi q; ducis officium absolutissime describat. Optimus enī princeps non solus cōsultat, sed eligit quos prudētia fide q; insignes nouit cū quibus cōsultet. sed tū solus sustinet ga nō ita cuiq; aliqd demandat quin ipse pariter quo ad res patiaī curet. oīa circūspicit oibus cōsulit nihil omittit. nihil negligit. Ergo sustinet solus cōsultat cū pluribus. Que causa est vt princeps de se loquēs ita dicat veluti de pluribus loquaī. non eni ait ita decreui ita iubeo sed ita decreuimus ita iubem⁹. neq; hoc superbia adinuenit vt tanq; seynū p oibus censeat sed modestia peperit vt nō sue prudētie cūcta arroget sed vt aliorū quoq; cōsilio egere & cū egeat libēter vti demōstret. Cōtraq; honorificentius illi est vt singulari numero saluteī. Cū eni dixero tequeso rex teq; appello in solo ipo magis cūcta. s. res esse demōstro q; cū dixero vobis supplex sū o rex vestrāq; opē iploro. sed barbarica q̄dā adulatio oīa & puerut & inuertit sed ad rē redeo. Sustineas: ergo non succūbis oneri, sed eo aī robore ea prudētia es vt etiā que grauissima sunt sustineas.

f RES italas. Is enī princeps nō solū primus inter mortales habēdus: sed etiā si dicere licet deo similis putādus q et armis iperiū tutari possit: & rē publicā virtutibus ornet. et vitiis purget. Res italas imperiū latinū quo nihil maius fuit. Ergo nullū maius pōdus eo est quod tu sustines.

g TVTERIS. Optime dixit. non eni armis aliorū iniuriā abuti. sed in nostrā defensionē vti habemus nō igitur vt inferaī sed vt propulseī iniuria arma bonus princeps sumit.

h MORIBVS ornes. Tutaris imperiū. Ergo pacem si est conseruas vel ab aliis violata fuerit restituis nulla enim alia ratione bella sumēda sunt. nisi vt in pace viuamus. sed quia iners omnino ac desidia plena pax erit: nisi virtutibus illustretur & excellentibus viris ornetur non temere adiunxit. Moribus ornes. i. virtutibus que a moribus sūt. vel morib⁹ q. optima consuetudine inducta. que omnes parit virtutes.

melioꝛa facias peccabo

Legibus emendes incommoda publica peccem

Si longo sermone morer tua tempora cæsar

Romulus & liber pater & cum castore pollux

Post ingentia facta deorum in templa recepti,

Dum terras hominũq; colunt genus aspera bella

Componunt: agros assignant oppida condunt

Ploranere suis non respondere fauorem

Speratum meritis diram qui contudit hydram

Notaq; fatali portenta labore subegit:

Comperit inuidiam supmo fine domari:

Vrit enim fulgure suo: qui pergrauat artes

Infra se positas extinctus amabitur idem

Præsenti tibi maturos largimur honores:

Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras

Nil orturum alias nil ortum tale fatentes

Sed tuus hic populus sapiens & iustus in vno

Te nostris ducibus te grajis ante ferendo

Cætera nequaquam simile ratione modoq;

Aestimat: & nisi quæ terris semota suisq;

Temporibus defuncta videt: fastidit & odit.

Sic fautor veterum vt tabulas peccare vetantes

Quas bisquinq; viri sanxere: & federa regum

Vel gabijs vel cum rigidis æquata sabinis

Pontificum libros annosa volumina vatum

bus sabinis equo iure in ciuitatẽ receptus est: ita vt vrbis nomẽ roma maneret. Ciues autem nõ romani sed quirites appellarentur.

z PONTIFICVM libris quia vt supra dictũ est scientia interpretãdi & actiões apud collegiũ pontificũ erãt. Vel intelligamus ius pontificũ.

ſ TABVLAS. Librũ. xii. tabularũ intellígit. sed vt breuissime originẽ iuris romanorũ prosequar. Romulus cũ in. xxx. partes quas curias appellauit populũ diuisisset leges quasdã tulit: quas curiatas appellauit. Tulerũt & sequentes reges quas oẽs quoniã a sex. papirio qui priscis tẽporibus fuit suo ordine in vnum volumẽ redacte sunt ius papirianũ appellarũt. Ex actis vero regib⁹ late a tribunis lata omnes leges exoluere. Ac deinde per. xxx. annos cõsuetudine potius q̃ certo iure vixit porro inde creati sunt decem viri anno vrbis altero & trecentesimo: qui conquirẽt leges a grecis ciuitatib⁹ quas in decem tabulas eburneas pscriptas in rostris posuerũt: vt possent leges apertius perspici: fuitq; ius illis in ciuitate summũ: vt nõ esset ab illis prouocatio: vt leges corrigerent vt si quid videretur adderent. Itaq; sequẽti anno alias addiderũt. Vnde fuit xii. tabularum liber. Quarũ ferendarũ auctorem dicunt fuisse decemuiris hermodorũ quendam ephesiũ in italia exulentẽ. Hincvero exorta est prudentiũ interpretatio et disputatio fori. Hec interpretatio sine scriptis, ppriũ nomen nõ habens ius ciuile dicit̃. Inde ex legibus codẽ fere tẽpore actiones cõpositẽ sũt: quibus inter se homines disceptarẽt. quas ne pro suo arbitrio homines instituerẽt: certas & solennes esse voluerũt. Hec aũt pars iuris legis actiões appellant̃ sunt tñ interpretandi & actiones apud collegiũ pontificũ erat: ex quibus constitutã quisq; quoq; anno precesset. Que consuetudo annis vero centũ durauit. Postea cũ Appius claudius ꝓposuisset & ad formas has actiones redigisset has actões. Gn̄. Flauius scriba q⁹ & libertini filius sub reptũ librũ pplo tradidit. Vnde meruit Te. ple Senator ac ędilis fieri. Hocius flauianũ vt illud papirianũ dixerũt. Inde sex. helius alias actiones cõposuit & populo tradidit. quius helianũ dixerunt. Intercedẽte deide discordia secessit populus. & sibi iura cõstituit: que plebiscita dicuntur. Inde cum tantũ populum coire difficile esset cura ad senatũ recepta senatusconsulta nata sunt.

i LEGIBVS emendes. Nã qui moribus atq; optimis exemplis ad virtutẽ a vitiis adduci nõ possunt ii metu pene que ex legibus infertur coercendi sunt. Legibus autem dicit. Nam vt etiam est apud institutiones iuris ciuilis est imperatoriam maiestatẽ nõ solum armis decoratam sed legibus armatã esse oportet.

k INCOMMODA publica. Non solum enim errata que & ipsa damnũ maximũ reipub. afferunt verũ etiã omnia incommoda legibus amouenda sunt.

l ROMVLVS. Quanto omnibus istis quos enumerat excellentior sit Augustus ex eo demonstrat quod illiviuentes inuidiam superare ne quiuerint. Augustus autem vsq; adeo illam extinxit vt viuenti sibi diuini sunt honores decreti.

m AGROS assignat. Vel quia coloniis deserta loca replebant vel quia vt lites tollerẽtur vnicuiq; suum esse volebant.

n ¶DIRAM qui contudit hydram. Herculem. s. bene hoc elegit quod inter labores ei⁹ vel maximum fuit.

o NOTA portenta. Que sunt in. xii. laboribus herculis diffamata.

p SVPREMO fine. i. ipsa morte & non antea.

☞ q VRIT enim &c. Ostendit quare inuidia non nisi morte dometur. Nam ille qui pregrauat artes infra se positas. i. qui adeo excellit vt omnes virtutes inferiores se sint vrit. i. accendit homines ad inuidiam. sed tu tua magnitudine rerũ omnem iuuidiã superasti: inuidemus enĩ hominibus vsq; ad aliquod spatium quo & nos peruenire posse speramus. sed si in altiora iam euolarunt non amplius inuidemus. Qua propter greci ea que vehementer excellunt apthona. ideſt sine inuidia dicunt.

☞ r SED tuus hic populus. Sensus est. Quod quemadmodũ recte de te sentit cũ preponit te ceteris. sic nõ recte de rebus alijs iudicat. Nam in poetis iudicandis semper veteres sola vetustate motus nouis anteponit.

t PECCARE. Qm̃ leges peccãtibus pœnas instituunt

v BIS quinq;. Hi aũt fuerũt Appius claudius. T. Genutius. P. Sextilis. L. Veturius. C. Iulius. Aulus. Mãlus. C. Sulpitius. P. Curiac⁹. T. Romulius Spu. Posthumius.

☞x FEDERA. Leges antea a regibus cõdite intellígit.

y AEQVATA. Ex equo cõposita nã T. Tacius cũ quirites sabinis

vbi erat studiū poetarū,

Dictitet albano musas immote locutas
a vetustissima

a SI quia grecorum: Si romanorū poetarum ita quisq; optimus habetur: vt est vetustissimꝰ: qa hoc de grecis euenit

Si quia grecorum sunt antiquissima quæque
poemata ultima antur

Scripta vel optima: romana pensantur eadem
libra iudicio

b NON est quod multa loquimur & c. Nō est dispu-tandum contra istos qui nullam afferūt rationem. Nam secundū istos oleum non habet intra ossulum neq; nux extra se habet corticem. idest affirmant cuncta pro libidine. & ea que verissima sunt negant.

b

Scriptores trutina. nō est. quod multa loquamur
affirmāt & negant omnia p libidine

Nil intra est oleam: nil extra est in nuce duri
maximū

c VENIMVS ad summū fortune & c. Recte quia multi nō ob virtutem sed ob fortunā laudantur. Et illud maxime faciunt adulatores & dolosi amici: qui tantum cōsiderant hominis fortunam. mutata vero illa auffugiūt. Nam apud eos virtus nulli⁹ precii sine diuitiis est sed fortune: omnia attribuūtur quanti roboris est si astutus sit artifex: vt venerandam legū potestatem prosternat: moralium sapientiā fallat. armorum vim. atq; potentiā frangat: artem decipiat: & omnē

c

Venimus ad summū fortunæ: pingimus: atque
grecis

d

Psallimus: & luctamur achiuis doctius vnctis
carminū poetarum

e SI meliora dies vt vina poemata reddit
præstat.

Si meliora dies vt vina poemata reddit
attribuat

Scire velim chartis precium quottus arroget annus
mortuus est

Scriptore: ab hinc annos centum qui decidet iter
cōsummatos estimari

Perfectos veteresq; referri pebet: an inter
contemnendos terminus.
aliquis annorū.

Viles atque nouos: excludat iurgia finis.
respondit aliquis romanus

Est vetus atq; probus: centum qui perficit annos.
querit horatius
obijt.

Quid: qui deperit minor vno mense vl anno.
scriptores

Inter quos referendus erit: veteres ne poetas
inter eos contemnit

An quos & presens & postera respuit etas:
scriptores loquitur
merito

Iste quidem veteres interponetur honeste
centum annis posteriores

Qui vel mense breui vel toto est iunior anno:
concesso crines que vno ictu non' potest
extrahi sed paulatim

Vtor promisso caudæq; pilos vt equine
aufero aufero tibi

Paulatim vello: & demo vnum: demo etiā vnum:
quousq; cūmuli
a sententia sua

Dum cadet elusus ratione ruentis acerui
is scs libros annales diuturnitate.
benefacta

Qui redit ad festos & virtutem æstimat annis
laudandū putat feretrum
f

Miraturq; nihil. nisi quod libitina sacrauit
poeta doctus in loquendo grandiloquus.

Ennius & sapiens & fortis & alter homerus

vigilantiam persepe confundat. Hanc summe ignaui pusillanimes atq; vecordes homines colunt: eo; quod nulla virtutis fiducia mentis figor illis sit: & sub honesto pallio laqueos versutias: decipulasq; semper gerat.

d ACHIVIS doctius: Nam istarum omniū artiū palma conceditur: sed iste vt stulte laudant poetas a vetustate: sic falso preferēt nos grecis in artibus quibus ipsi prevalent:

e SI meliora dies. Acuta inquisitio. Interrogat enim si verum sit quod vetustiores meliores sint quotus annus erit qui faciat poetam veterē: quod si centesimū dicas. Interrogar vlterius si sit minor vno anno. an inter veteres sit enumerandus. Tu concedas inter veteres quoniam anni spatiū breuissima res est ad centum annos. Ille autem minuet alium annum. Atq; ita paulatim minuendo reducet hūc qui estimat poetas ex vetustate ad breue spatiū.

censores carminū paruifacere
g h
Vt critici dicunt: leuiter curare videtur

i k
Quo promissa cadant, & somnia pythagorea
liber neuij
l
Neuius in manibus non est: & mentibus heret
eum

Pene recēs adeo sanctum est vetus omne poema
dubitatur q̄ncunq; antiquior vel iunior poeta

Ambigitur quotiens vter vtro sit proprior autem
tragicus poeta iunior laudem poeta
m
Pacuuius docti famam senis accius alti
illius comici laudatissimo comico
n cōmedia togata iunior

Dicitur affrani toga conuenisse menandro.
poeta comicus ymaginem in sicilia nati poete comici
o p
Plautus ad exemplar siculi properare epicarmi
epicarmiō dicitur sententiarum dicitur vincere
q r artificio carminis

Vincere cecilius grauitate terentius arte
memorie
s cōmendat angusto ppter multitudinē

Hos edificet: & hos arcto stipata theatro
populus romanus

Spectat roma potēs habet hos numeratq; poetas.
t liuij

Ad nostrum tempus liui scriptoris ab æuo:
populus impendendo augusto in quo
honores sc̄z vt sequitur

Interdum vulgus rectum videt est vbi peccat
populus romanus
t

Si veteres ita miratur: laudatq; poetas.
veteribus fallitur in iudicio

Vt nihil ante feras: nihil illis comparet errat
sed impolite incōposite.

Si quedam nimis antiquæ si pleraq; duræ
in scribendo antiquos poetas cognoscit

Dicere credit eos: ignaue multa fatetur
estimat sentit sicut ego vera antiquitate
v
Et sapit & mecum facit & ioue iudicat equo
certe reprehendendo persequor ab vsu t liuij

Non equidem insector delendaq; carmina liui.
carmina plagas inferente puero.

Esse reor memini q; plagosum mihi paruo
illū grammaticū benefacta putari
x

Orbilium dictare: sed emendata videri:
ornata pfecti differentia

Pulchraq; & exactis minimum distantia miror:
carmina refulserit pulchrum

Inter q; verbum emicuit si forte decorum: &
y modico medius compositus

Si versus paulo cōcinnior vnus & alter
uon, recte sile & alter versus

Iniuste totum ducit, venditq; poema

g CRITICI Grammatici qui seuerius in poetas iudicāt

h LEVITER curare. idest parui facere.

i QVO promissa cadant Nam cum dixerit animā homeri venisse in seyt supra oñ sum est. Nā ferūt ab euphorbio in homerū migrasse atq; inde in pythagoram et ex pythagora in pauonē. atq; inde Ennium hoc ridens Persius dixit. Quintus pauone ex pythagoreo. Cum ergo hoc dixit: visus est magna de suo poemate promittere quod cū deinde non multum expleuerit videt neglexisse sua promissa.

k SOMNIA. Appellat pythagore opinionē de migratione animarū in diuersa corpora somnia quoniam eā falsam putat.

l NEVIVS. Hic ex campana huiuscemodi sibi scripsit epithauiū. Immortales mortales si foret fas flere. Flerent diue camenę meuiū poetam itaq; postq; est orco traditus thesauro. obtti sunt tomęlo qui lingua latina.

m PACVVIVS. & huius epithauiū est. Adolescens & si properas hoc te saxū rogat vt se aspicias deide quod scriptum et legas: hic sunt poetę pacuuii marcūta ossa. Hoc volebā nesci⁹ ne oēs vale. Ergo senilem doctrinā pacuuio altitudinem ingenii actio attribuit.

n AFFRANI toga. i. togate comedię affrani similes esse comediis menādri q apud grecos in noua comedia princeps est.

o PLAVTVS. De quo in arte poetica dictum est.

☞ pEPICARMI. Siculus poeta & philosophus cuius ex versibus vt ait Iaertius magnam vtilitatem scripsit plato. quod ipse sub carmine vaticinatus est: dixit enim mea rum adhuc erit memoria rerum & sermonum.

q CECILIVS. De hoc superius dictum est.

☞r THERENTIVS arte. Que profecto maxima in eo apparet. Qua propter etiā pre ceteris a cicerone laudatur.

s HOS edificit Sensus est. quod a liuio andronico qui primus rome fabulā dedit vique ad nostra tempora hi soli habentur poetę.

☞ t SI veteres. Sēsus est Si ita populus romanus veteres poetas laudat vt nullū putat anteferendum errat. Si autem illos putat etiam errare nonnunq; qui quedam nimis antique. aut nimis dure aut nimis negligētur scribāt mecum sentit.

v IOVE indicat equo. Vera equitate. Nam a Iouis planeta equitas ius. legesq; sunt nam non ita aut iuui aut reli quorū carmina insector. vt delenda putē. Sed miror quod videantur pulchra & nimiū distantia a perfectis.

x ORBILIVM. Hic beneuentanus grāmaticus fuit & primo apparitorā magistratibus fecit. deinde militauit. Postremo militia fūctus studia a pueritia incepta repetiuit. primo in patria. deide quinquagesime vite anno romā cōsule Cicerone venit. docuit q; maiore fama quā emolumento. nā vixit pauper. Fuit acerbus & in antisophistas & in discipulos propterea q; plagosum appellat poeta & domitius marsus ait Si quos orbilius ferula scuticaue cecidit. Vixit prope ad centū annos amissa iāpridē mēoria.

☞ y SI versus &c. Sensus est. Non debet totum poema duci aut vendi pro bono si vnus aut alter versus fuit paulo concinnior. nec st veniā meretur debet illi peti honor premiū recte nec ne crocū. in fabula quę matertera dicitur Ita enumerat genera florum poeta togatarum scriptor. vt sit reprehendēda eius loquacitas. ergo si ego non dicam damnē sed si dubitē an recte scripserit clamabunt omnes senatores periisse pudorē cū ego audeā reprehendere antiquorū fabulas quasue Esopus vel Rosius egit. fuit autē esopus tragoediarum actor per quem. M Tullius actionem in dicendo emendauit. Rosius autem tantū in fabulis agendis valuit vt omnes auctores longo interuallo superauerit. Vnde prouerbium extitit. vt si quē in aliquo artificio ceteros superare conterent eū in sua disciplina rosium esse dicerent.

molestę fero aliquí quã argui ideo

Indignor quicquam reprehendí: non quía crasse
facrũm vitiose

Compositum illepide ve putetur: sed quia nuper
z indignor laudẽ

Nec veniam antiquis: sed honorẽ et premia posci
alios in theatro sparios

Recte nec ne crocum floreſcq; pambulat acci
ſ. cit aliqua me esse impudicum

Fabula si dubitem: clament periisse pudorem
omnes natu grandiores culpare niter

Cuncti pene patres. ea cum reprehendere coner
bonus sapiens scõm cos compositi in scena

Quæ grauis æsopus: quæ doctus roscius egit
romano

3 Vel quia nil rectum: nisi quod placuit sibi dicũt
inhonestum iunioribus

Vel quia turpe putant parare minoribus quæ
ipsi runt cõmendanda esse
ſ. ea carmina

Inberbes didicere senes perdenda fateri
ad virum ũ carmẽ sacerdotũ saliarũ
a pompiliꝰ

Iam saliare nume carmen qui laudat & illud
ipse sicut ego cupit

Quod mecum ignorat solus vult scire videri
hominibus assentatur mortuis.

Ingeniis non ille fauet. plauditq; sepultis
reprehendit scripta inuidus

Nostra sed impugnat: nos nostraq; liuidus odit.
tantum scripturꝰ odiosa

b
Quod si tam grecis nouitas inuisa fuisset
quantum latinis in grecia grecis

Quam nobis quid tũc esset vetus aut q̃d haberet
tractaret de viro ad virum.
c cõis vulgi vsus.

Quod legeret terreretq; viritim publicus vsus
quam primũ finitis greci

d
Vt primum positis nugari græcia bellis
in voluptatis pspera benigna

e
Cœpit & in vitiũ. fortuna labier æqua:
pugilum delectabantur greci.
f currentiũ ad metam

Nunc athletarum studiis nunc arsit equorum
opifices grecia

Marmoris aut arboris fabros aut eris amauit
grecia in elaborata spectatoris

g
Suspendit picta vultum mentemq; tabella
eis qui in tabus cenant grecis sq

Nunc tubicinibus nunc est gauisa tragedis
sub custodia nutricis sue tenera.

h tanã
Sub nutrice puella velut si luderet infans

z VEL quia nil rectum. Dupplici ratione feruntur in hoc deprauatum iudicium. Vel quia nihil rectum putãt nisi quod placuit sibi. Vel quia pudet concedere nobis quos se inferiores putant. & pudet fateri perdenda. idest tanquã inepta abiicienda nunc in se nectute ea que ipsi imberbes idest adolescentes didicerant.

a IAM saliare &c. Propter ancille sub rege numa e celo delapsum instituit salios sacerdotes numa & carmen quod illi canerent. Hoc autẽ rude & incompositum fuit vt illa tẽpora ferebãtur. multi igitur ignari rerum vt alii quid scire videãtur illud laudant non adeo vt antiquis faueant. sed quia presentes poetas oderunt.

b QVOD si tã grecis. Sensus est. Si greci odissent nouos nunquã multe artes ad suam perfectionem producte essent. Neq; esset nunc aliquid vetus quod legeretur Nam qui veteres sunt: aliquãdo fuerunt noui.

c TERRETVRq; viritim. i: quod dum singuli viri legũt assiduo vsu terretur.

d VT primum. Ostendit principiũ artis poetice quod ex pace & secunda fortuna ortum est.

e IN vitium. Nam fœlicitas nos a labore ad lasciuiã prodiues ducit.

f ATLETARVM. Quia varia ludorum certamina instituta sunt inter quos athlethe & aurigationes equorũ fuere & qui marmor eburnea sculperent.

g SVSPENDIT picta. Vultum mentemq;. s. spectatoris qui adeo stupuit picture artificio vt mentem vultumq; inde non flecteretur. vel dicit quod picturam ita viuentem produxerit. vt vultum. idest affectum animi & mentem habere videret Sic Virg. Credo equidẽ ducent de marmore vultus.

h SVB nutrice puella. Mira comparatio nam cum infantes leues mutabilesq; sint iuuantur eorũ natura a puellari nutricis ætate.

puella mõ Cas q.

auare cito saciata.

Quod cupide petijt: mature plena relinquit:
displicet esse q.d. nihil

i Quid placet aut odio ē quid nō mutabile credas
adepte sunt impetus fortune prosperi

Hoc paces habuere bone ventiq; secundi
in vrbe romana legitimū aperta
lr iucunstum

Rome dulce diu fuit & solenne redusa
maturino tempore

Mane domo vigilare: clienti promere iura
diligenter curatos ad vsurum dare
debitoribus

Cautos nominibus certis expendere nummos.
seniores iuniori scz ea

Maiores audire minori dicere per quæ
augeri possessio cupiditas

Crescere res posset minui damnosa libido
animū illū ab aua incitatur
ritia scz ad studium solo

Mutauit mentem populus leuis & calet vno
faciendi versus seriosi
desiderio

Scribendi studio pueriq; patresq; seueri
ss coronati in ipsa cena

Fronde comas vincti cœnant: & carmina dictant
horatius dico facere

l Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus
hominibus illis qui romanis sepius fregerunt
fidem. vel qui fugam simulātes hostes feriunt.
m

Inuenior parthis mendatior & prius orto
ego bappirum capsas librorū.
mihi dari

Sole vigil calamum & chartas & scrinia posco
gubernare herbam illam
n imperitus

Nauem agere ignar⁹ nauis timet abrotanū egro
quisquam qui experientiā accepit
.i. qd est sue pfessionis.

Non audet nisi qui didicit dare quod mediocrū ē
pollicentur loquuntur id qd est sui negocij

Promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
sed in nostro officio sic non est.
o quia

Scribimus indocti doctiq; poemata passim:
scribendi carmina dementia quam magnas.

Hic error tamen & læuis hæc insania quantas
intellige poete cupidus rerum

Virtutes habeat: sic collige vatis auarus
fingere laborat fingere versus

Nō temere est anim⁹ versus amat: hoc studet vnū
calamitates domorū de
rei familiaris

Detrimenta fugax seruorū incendia ridet
dolum suo machinatur

Non fraudem socio puero ve incogitat vllam
pascitur leguminibus secundario. i. arro quē
p q rome dabant seruis

Pupillo viuit siliquis & pane secundo

i QVID placet. & c. Sensus est. Qua ostēdit horatius nihil nos cupere vel odisse quod nō secuta sacietate mutemus Hoc autem verū quia ad sensus refertur. nam que recta ratio elegit ea stabilia sunt Extirpande autem sunt omnino passiones. quoniā vt inquit diuus Ambrosius perturbatio tollit constantiā perturbata enim mēte latius ac longius fundit appetitus. & tanquā effrenato impetu frenos rationis non suscipit. nec vlla sentit aurige modera mina. quibus possit reflecti. Vnde plerumq; non solum animus exagitatur & amittitur ratio. sed etiam inflāmat vultus. Natura autē vult vt appetitus rationi pareat quā in cerebro. q. in arce posuit vt preesset. Cupiditates autem siue appetitiōes subter precordia: vt rationi parerent. iram in pectore collocauit: hec fuit platonis opinio. Quem Vir. in primo suę eneidos imitatus finxit. Eolum qui est ipsa ratio sedere in celsa arce tenentem sceptrum & comprimētem ventos qui subsint. idest cupiditates que latius vagantur. Et venti si latius vagarētur omnia confunderēt ideo Eolus eos cōprimit. Propter quas appetiones que lati⁹ vagantur nec parēt rationi: etiā corpora permutantur. quoniam cum animus perturbatus est in vultu ostenditur ideo videmus iratorum vultus inflammatos. timidorū pallidos & allacres cum voluptate aliqua gestit animus hec omnia significāt nō adesse constantiam. sed animum esse commotum.

k ROME dulce. A grecorum moribus transit ad consuetudinem veterum romanorum & dicit quemadmodum maiorum posteris mutata consuetudo sit in vsum poeticę discipline.

l IPSE ego. Satyrice ne sibi quidem Pepercit.

m MENDACIOR parthis prouerbium est. Nā parthi fugam mentientes hostes feriunt.

n NAVEM agere. Nullus aliquo in artificio exercet se nisi illud prius didicerit. exceptis ipsis poetis. Nam & docti simul & indocti accedūt ad scribendū. sed tamen hoc mpudentie vitiū multas secū virtutes affert. Nā adeo intenti musis sunt poete vt nulla habendi cupiditate moueantur. Non mouentur calamitatibus acceptis nō socio. nō pupillo fraudem cogitant.

o SCRIBIMVS indocti. Hoc cū pronunctiatione inferendum est.

p SILIQVIS idest leguminibus que intra siliquas latēt.

q PANE secūdo. idest cōfecto non de flore farine. sed ex ea que resedit in cribro.

poeta sit segnis inutilis est tamen

r Militiæ: quanq̃ piget & malus: vtilis vrbi

concedis t magnas res romanas

Si das hæc paruis quoq; rebus magna iuuari

v iuuenile non recte pnunctians recte format

Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat:

auertit turpibus pueri

Torquet ab oscenis iam nunc sermonibus aures

statim mentem pueri instruit congruis

Mox etiam pectus preceptis format amicis,

seuiticin reprehensor

puero

Asperitatis & inuidie corrector & iræ

aliorũ clarorũ virorũ futura venientia vel

docet primam etatem pueri

x y

Recta facta refert orientia tempora notis

adornat pauperem

Instruit exemplis inopem solatur & ægrum

nescia adhuc virgo

Castis cum pueris ignara puella mariti

a quo poetam

Disceret vnde preces vatem nisi musa dedisset

collectio ppitia fauentia

z a

Poscit opem chorus: & presentia numina sentit

pluuias carmine chorus.

b c

Cælestes implorat aquas docta prece blandus

chorus timenda

Auertit morbos metuenda pericula pellit

fertilem

Impetrat & pacem & locupletem frugibus annũ

celestes ne noceant

d e

Carmine dij superi placantur carmine manes:

rustici antiqui modicis opib

f contenti

Agricolæ prisci fortes paruoq; beati

collecta messes reficientes g

Condita post frumenta leuantes tempore festo

expectatõne tollerantem

Corpus & ipsum animũm spe finis dura ferentẽ

ceteris agricolis vxore fideli

Cum socijs operum pueris & coniuge fida

cererem pro porca placabant

h i sacrificãdo

Tellurem porco siluanum lacte piabant

certis deum nature

k

Floribus & vino geniũ memorẽ breuis æui

libertas reprehendendi hanc obseruatõem

l

Fascenina per hunc iuuenta licentia morem

vicissim dictis rusticana cõuitia

effudit

Versibus alternis opprobria rustica fudit

libertas reprehendendi

Libertasq; recurrentes accepte per annos

r MILITIE. q. malum debilem imbellemq; nunc dicit secundũ grecos qui huiusmodi homines nominant. Nam antiqui nullum putabant maius vitium quam in prelio cedere.

s VTILIS vrbi. Artificio se ostendit primo quibus vitiis careat deinde quibus virtutibus sit ornatus.

☞ t PARVIS magna iuuari. Modeste loquitur de artificio suo: sed res maxima poetica est.

☞ v OS pueri. Nulla enim re magis emendatur vox & formatur pronunctatio quã versibus poetarum. Poetarũ enim versibus efficiuntur aures nostre erudite ad iudicandum. preterea optima precepta in poemate trahunt̃ quibus abstrahemur ab omnibus vitiis.

☞ x ORIENTIA tempora. & c. Instruit nos quo pacto venientia. administremus exemplis rerum preteritarum.

y NOTIS. idest preteritis. Nam ea nota sũt. Scribit carmina quib⁹ preces erga deos cõtineantur. que puelle & pueri addiscant. Nam multos hymnos apud antiquos virgines ac pueri diis immortalibus canebant.

z POSCIT opem chorus Nam versus quos chorus in fabulis canit omne gen⁹ precationum continent quibus dii mouentur.

a PRESENTIA Fauẽtia

b CELESTES aquas Pluuias significat.

c BLANDVS Pro supplice posuit.

d SVPERI. Vt auxilium prestent.

e MANES. Ne noceant.

f AGRICOLE prisci. Dicit vsq; adeo carmina vbiq; grata esse vt etiam rustici veteres carminibus se delectarent. cum diuinis rebus operarent.

g TEMPORE festo. Vt sit religio & non ocium iners.

h PORCO. Pro porca. Cõtra Virgil. Et cesa iungebant fœdera porca pro porco.

i LACTE. Nam pasto rũ deus erat siluanus.

k FLORIBVS & vino genium. Nam genio suo sacrificantes flores adhibebant tanquam per illos vite breuitatẽ significarent.

l FASCENINA. Genus fabule est ab oppido vbi primum inuenta sunt quemadmodum ab attellis attellana in iis iocasa cõuitia exprimebantur.

m LVSIT amabiliter. Quia tamdiu amabiliter & tragedię & fescenina cucurrerunt. Donec ipa libertas in vitium verteretur publice & nominatim aliorū vitia carpendo sed indignati. nō solū illi qui lacessebātur detractationibus verum etiā quibus ingratum erat nobilibus personis contumeliam inferri legem constituerunt vt nemo nominatim alicuius vitia recitaret. Quod si quis poetarū egisset fustibus cederetur. De hac re latius in arte poetica.

n HONESTAS domos: Probos viros intelligit.

o GRACIA capta. Capta est armis gracia a romanis. Sed deinde capta cepit romanos. qa illos suis lasciuis artibus cepit et omnem priscam seueritatem ab eis repulit.

p HORRIDVS numerus Rudis illa cōpositio versuū que fuerat in priscis poetis.

q SATVRNIVS. Vel retulit ad planetā cuius influxus tristis mestusq; est. vel antiqua tempora in quibus in italia saturnus regnauit quo regnante omnia casta seueraq; fuerunt.

r VIRVS. Non solum venenum significat. sed etiā grauem odorem & abominabilem. Qua propter Plinius in quibusdam herbis grauē odorem virus dixit. Ergo et in hoc loco cum sumpsisset translationē ad mores a corpore. quemadmodum dixit

denigne quousq; manifestā reprehensionē

m Lusit amabiliter donec iam seuus apertam

mutari que non meruerūt n reprehensione

In rabiem cœpit verti iocus: & perhonestas

libere runt

Ire domos impune minas. doluere cruento

reprehensi non reprehensis

Dente lacessisti fuit intactis quoq; cura

que ad omnes pertinebat vt scz quisquis in illo. festo libere posset reprehendere

Conditione super cōmuni quin etiam lex

supplicium reprehensorio

Pœnaq; leta malo: que nollet carmine quendam

reprehendi illum reprehendendi percussione fustium

Describi vertere modum formidine fustis

de hominibus sunt

Ad benedicendum delectandumq; redacti

victa a romanis vicit studio z doctrina romanos

o z suum

Gretia capta ferum victorem cepit: & artes

dedit populo latino

p

Intulit agresti latio sic horridus ille

q r

Defluxit numerus saturnius & graue virus

culens runt s

Munditie pepulere: sed in longum tamen æuū

rome nostro tempore indicia rusticitatis

t

Manserunt hodieq; manent vestigia ruris

tarde diligentiam s. libris.

quia

Serus enim grecis admouit acumina chartis

que romani cum carthaginensibus gesserunt

pplus romanus.

E post punica bella quietus querere cœpit:

scriptores illi tragedie apud veteres

p.n. p.n. p.n. aptū litteris

Quid sophocles & tespis & æstilus vtile ferent

conabatur recte in latinum sermonem

Temptauit quoq; rem si digne vertere posset

v ingenio ipse vehemens in dicendo

Et placuit sibi natura sublimis & acer

cum spiritu loquitur cum pspero euentu conatur.

ampulosa verba

Nam spirat tragicum satis & fœliciter audet

fedam correctionem

Sed turpem putat in scriptis. metuitq; lituram

x vsu vulgariū hominū

Creditur ex medio quia res accessit here

aboris in scribendo.

i

Sudoris minium sed habet comedia tanto

laboris habet r comic' ille.

Plus oneris: quanto veniæ minus aspice plautus

quomodo negocium adolescentis.

z defendet

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi

mundicias quibus corpus lautum & a tetro odore purgatum redditur. sic cōtra dixit virus odorem tetrū qui ab infecto sudore et sordibus corpore manat.

s SED in longū & c. Inceperunt quidem emulari grecos. sed non adhibito acumine ingenii diu rudes māserūt

t HODIEq; manent. i. suo tempore dicit extare illam rusticam ruditatem. Sed tamē punica bella. idest in illa pace que fuit postprimū bellū punicum inceperunt imitari sophoclem & ęsthilum.

v ET placuit. Illa sublimitas tragica tanquam magis consona nature romanorū & propterea illa in latinum vertere ceperunt.

x CREDITVR ex medio: Putarunt deinde comœdias minus laboris habere. quoniam eorum materia ex medio est: idest ex via cōmuni sumitē & ciuili conficiūturq; ex sermone poene quottidiano et familiari. sed tamē plus honoris habent. quanto minorem veniam merentur peccata que in illa committunt.

y ASPICE plautus & c. Incertū est vtrū laudet plautum et vituperet dorseniū an vituperet vtrūq;. Ergo in ambigua lectione erit.

z QVO pacto. idest quam bene vel quo pacto quā male. Nā amantis in iuuene. Attenti. idest auari in sene. Insidiosi in lenone, edacis in pasito.

a ASTRICTO soc⁹ co. ideſt ſtilo comico conue⁹ niēti. Hoc autem cuenit. quia properat comœdias ſcribere vt lucrum faciat. Nomen au tem & famam negligit.

b SECVRVS. Negligens.
c Cadat. Quia claudicet in multis locis.

d QVEM tulit &c. Vt demonſtrauit eſſe nōnul⁹ los poetas qui modo queſtū faciant. famamq; negligunt Sic contra nunc oſtendit eſſe alios quos ſola glorie cupi⁹ ditas moueat ad ſcenā. ideſt ad comœdias ſcribēdas que in ſcena agantur.

e VENTOSO currru: Quaſi innuat ventoſitatem glorie eſſe ſibi pro triumpho Hic igitur ſi ſpectatores ha⁹ bet lentos. ſ. ad plaudendum pene exanimat ſi ſedulos in⁹ flatur ex tumore glorię. Er⁹ go minima & leui re vt op⁹ primuntur: aut ſubleuantur: Ipſe autem potius vult vale⁹ re ludicra. ideſt rem ſcenicam quam aut marceſcere palma denegata: aut pingueſcere cō ceſſa.

f LVDICRA. Quia i ludis emebant cōmedias ędiles.

g SEPE etiam audacem. Poſt vanos audaces quoq; vituperat qui ſępe terētur cū intercritaudum vident et ple beos qui virtute & honore inferiores & indocti nume⁹ ro tamen plures ſunt. Poſce⁹ re venatiōes aut gladiatores.

h SI diſcordet eques. ideſt quāuis equeſter ordo & no⁹ bilitas diſcordet.

i VERVM equitis. Sed qđ indigniuſ eſt. Iam etiā equites inceperunt male ſpe⁹ ctare illa quā audire comœ⁹ diam. Nam voluptas quę ſo lebat percipi ab auditu nunc conuerſa eſt ad oculos.
k INCERTOS. Secundū academicos qui dicunt ocu⁹ los in multis falli ac ꝓpterea non eſſe illis credendum.

gliscęq; tuetur partes qualiter
auari fraudulenti
Vt patris attenti. lenonis vt inſidioſi
quam vilis ſcripror ille guloſus ſcurra.
qua negligēs
Quantus dorſennius edacibus imparatis
a ꝓtranſeat dorſennius

Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco
deſuerat quia reponere poſt reperta nummum
Geſtit enim nūmū in loculos demittere: poſt hac
ſ. erat comedia ſua.
b c
Securus cadat an recto ſtet fabula talo
impulit tumido cupido glorie
d e
Quem tulit ad ſcœnam ventoſo gloria curru
examinatū reddit diligens
negligens
Examinat lentus ſpectator ſedulus inflat
eius qui ſcribit
ꝓpter laudem
Sic leue: ſic paruum: eſt animū quod laudis auarū
ſubuertit recreat antiphoraſat poeta
f
Subruit aut reficit: valeat res ludicra ſi me
victoria mihi a recreatōne pigē

Palma negata mactū donata reducit opimum
ſcribendi cupidū
qđ ſequitur
g e
Sæpe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam
de populo romano inferiores

Quod numero plures virtute et honore minores
imperiti q. clamando certare

Indocti ſtolidique & depugnare parati
diſſentiet .i. medio actu comedie ſ. ad ſpectādū
h vel tragedie
Si diſcordet equos media inter carmina: poſcunt
certamen ferarum delectatur
gladiatores
Aut vrſum aut pugiles hijs nā plebecula gaudet
ſed a ſtudio audiendi
i carmina
Verū eqtis quoq; iam migrauit ab aure voluptas
vanā voluptatē
l2 q̄ eſt ſine doctrina
Omnes adincertos oculos & gaudia vana
ꝓpologe. i. quater in hora
l
Quatuor aut plures aulea premuntur in horas
abeunt e recreatōne ꝛ adiludos currunt colletiones.

Dum fugiūt equitū turmæ peditūq; cateruæ
ꝓducitur ad ſpectaculum m aduerſa n
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis
preterire ſpectatores
o p q
Eſſeda feſtinant pilenta petorita naues
ab aliquibus capta ablatū vaſa corinthia
r s
Captiuū portatur ebur captiua chorintus
eſſet .i. viueret tanquam
t
Si foret in terris rideret democritus: ac ſi
fera illa
v
Diuerſum confuſa gemis panthera camelo.

i QVATTVOR aut plu⁹ res &c. Queritur quod cum & breue tempus comœdia audirenon ſuſtineant. tamen nō defatigētur ad lon gū ſpa tiū carmia equeſtria ſpectare

m REGVM fortuna. i ipſi reges olim fortunati.

n RETORTIS. Poſt terga ligatis.
l
o ESSEDA Gallicū ver⁹ bum & currus ſpecies eſt. in de aſſedari qui eſſeda agunt.

p PILENTA. Teſte ſeruio vehicula erant que deinde ba ſternas vocatas dicit. et prius veneri coloris fuerunt dein⁹ de ruſſati. quibus nō niſi ca⁹ ſte vtebantur.

q pETORITA. Vt feſto placet genus vehiculi eſt vel gallicum vel oſcum. nā oſco rum lingua petora quattuor ſignificat erat autē quattuor rotarum. Oſtendit autē q̄ in theatro exercent ſimulachra pugne & deinde victorie ac triumphi in quo portabant.

r EBVR. i. imagines ebur⁹ neę. alii dicunt quod eſſedis vehebātur galli pilentis regi⁹ ne petoritis familie regie na⁹ uibus milites.

ſ CAPTIVA chorintus. Vel ſimulachrū vrbis illius deuicte vel ingens numerus vaſorum corinthiorum.

t DEMACRITVS. Hic philoſoph⁹ abderites fuit to⁹ tuſq; humanarū diuiuarūq; rerū ſpeculationi deditus & qui omnes homines ſtultos putaret et ſtulta quecūq; age rent. Qua propter omnia cō temnēs ſemper ridebat vt cō tra heraclitus epheſius com miſera: rōe humane ſtultitie motus aſſiduo collachrima bat. Hic circa. lxix. olimpia⁹ dem claruit.

v PANTHERA. Sic di⁹ citur quia variorū colorū ſit: &. q. omnium ferarum colo tes habere videatur.

qđ est contra naturā quia trahere ad se spectandū
ꝑ omnes nigri sunt plebis

Siue elephas albus vulgi cōuerteret ora
ipse democritus
diligentius

Spectaret populū ludis attentius ipsis
ita teneret populū multa
exhibentem

Vt sibi prebentem mimo spectacula plura
sic comedie vel tragedie
recitare

Scriptores autem narrare putaret asello
inepram oratōem histrionū
ꝑ

Fabellam surdo: nam quæ peruincere voces
potuerunt redduntur ꝓplius q̄ in theatro ē.
runt sonum.

Eualuere sonum: referūt quē nostra theatra
monrē illū apulie putare posses qđ est imperuosū
fremere

Garganum mugire potes nemus aut mare tuscū
eam magno populi clamore videntur sculpture

Tanto cum strepitu ludi spectantur & artes
q̄ ab extremis regionibus sunt annecte. histrio
ꝑ

Diuitie quæ peregrine: quibus oblitus actor
loco vbi debet recitare mnnus populi
ꝑ sinistre.

Cum stetit in scena concurrit dextera leuæ
histrio respondet alius replicat alter
certe

Dixit adhuc aliquid: nil sane: quid placet ergo
ab oppido rhamnio attingens colore
b

Lana tarentino violas imitata veneno.
credas ea ego
c

Ac ne forte putes me quæ facere ipse recusem
scriptores comici ꝙ tragici
ramen vituperare

Quæ recte tractent alij: laudare maligne
i. vitio tibi

Ille per extentum funem mihi posse videtur
cōmouet

Ire poeta mirum qui pectus inaniter angit
placat ad letitiam puocat
cum loquitur de terribilibus

Irritat mulcet falsis terroribus implet:
quemadmodū collocas
incantator: alteris
b

Vt magus: & modo me thebis mō ponit athenis
horantis committere
c

Verū age. & his qui se lectori credere malūt
in scena contumelias insolentis.
pari

Quam spectatoris fastidia ferre superbi.
conferendo aliquid poetis

Curam redde breuem si munus apolline dignū
fe vis stimulū
explere poetis

Vis complere libris & vatibus addere calcar
diligentia montem illū sacrum musis.

Vt studio maiori petant helicona virentem
ipsis nos

f

Multa quidē nobis facimus mala sæpe poete

x ELEPHAS albus. Qui nusq̄ ingenitur. Nā in mauritania rufi minoresq̄ sunt. In india vero nigri & maiores: ergo si democritus veniret in hec theatra ita sumeret sibi pro spectaculo populi vanam stulticiam. vt populus spectat ludos. Ipsos autē scriptores. i. poetas rideret quod fabulā narrarent asello. i. stolidę turbę que nihil ex ornatu poetico degustare possit.

y SVRDO. Quoniam tantus in theatro tumultus excitatur vt narrantē audire non possint.

z PEREGRINE. Nam & ludi et apparatus ac ornatus ludorum a grēcia sunt.

a DEXTERA leue. Incipiūt applaudere anteq̄ quicq̄ dixerit actor. quia solo apparatu delectantur.

b VENENO. i. colore Vir. Tyrio saturata veneno. Tarēti autem optima purpura tingebatur. & queviolatū videretur imitari colorem.

c AC ne forte &c. Sensus. Ne forte putes me vituperare quod alii laudent. Nam dicit se nolle debita laude defraudare poetas. Nam vt ait Ioh. Boccatius. Nolim arbitretur quis poetas antra montium nemorū vmbras incidos fontes. riuulosq̄ sonantes: & amena atq̄ semota ruris silētia: quę prisci ocia vocauere exquirunt tantopere vt ventris sagine atq̄ libidine societati deseruiant absit nequis sed diuinus vates homerus. & noster ingenio celestis virgilius. inter turbulentas hominum contiones: & ciuitatū strepitus. Motusq̄ varios sublimi itellectu celicas h ausisse considerationes illas q̄. q. egremio iouis raptas artificio mirabili & carmine exquisito. Maxima sua gloria apparuisse presentibus. et futuris reliquisse. Idcirco scie ta illa loca & omni tumultu ciuico vacantia ocia vaca

uere: Verum quidā ore maledo asserunt (cū ipsi quid sit poesis ignorent) poetas mendaces et fabulosos homines esse & aliarum facultatū quodā modo histriones mentiūtur Profecto sic intelligētes vt ex primunt. Est quidē de se inclita plurimū artificiosa sublimis & ornata facultas sola humane imbecillitate possibile est sancte pagine vestigia sequi conata. Nam prout illa diuine mentis archana prophetis futurisq̄ sub figurarū tegmine reseruauit: sic & hec celsos suorum cōceptus sub figmentorū velamine tradere orsa est. & si optimus homo sit poesis optima apparebit. Desinant ergo blactera tores inertes: et hi quibus minus liberalis natura parum concessit ingenii. & indisciplinatos dentes acuere. & suam ignorantiam defleant aut se minores confitentes vltro vt in melius veniāt se disponāt.

d MODO me thebis. Nā fabule ita agunē vt alie in hac alię in illa vibe geri videanē.

e Verum age &c. Illos nūc ponit qui agendas fabulas ędunt sed ea que legenda sūt scribunt. Hos autē dicit sepe sibiipsis nocere cum sua poemata aut sollicitis aut fessis legenda tribuunt aut offendi mur: si qs amicus in eo quippiam reprehendit. Si aliquē locum iterum intelegēdum recitamus. Si lamentatur nō intelligi quantū laboraueri mus. & quam tenui filiona stra sit contexta tela. & cum speramus futurū adhuc vt tu auguste accersas nos vltro & cogas vt scribamus.

f MVLTA quidem nobis facimus &c. Ostendit culpā quare illorum carmina efficiantur vilia videlicet. Quia augusto i aliis occupato importune offerunt vel etiam qua reprehensione amicorū irascimur poetę. satyrice dicit nec sibi parcit affirmans se agere quod in alios culpat. hoc est ipse mihi detraham. Prouerbiū cui in eo sūptū ste taleq̄ ipsi sibi violētes nocēt.

vincas meas reprehendam augusto
horatius

Vt vineta egomet cedam mea: cum tibi librum
cogitanti cohibemus fungaro trascimur

Sollicito damus aut fesso: cum ledimur vnum
alii corrigere

Si quis amicorum est ausus reprehendere versū:
parce libro rū iam recitatus non missi ab auditoribus.
repetimus

Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati
conquerimur .i. non intelligi quantū laborauerim⁹

Cum lamentamur non apparere labores
elaborato nostra

Nostros: & tenui deducta poemata filo
nos ad nostram quampriumum.
id

Cum speramus eo rem venturam: vt simul atq;
.i. postquam resciens qđ ver benignus nobis
sus efficere valeamus

Carmina rescieris nos fingere cōmodus vltro:
voces phibeas carmina

Accersas & agere vetes: & scribere cogas
vale

Sed tamen est operæprecium cognoscere: quales
poetas cognita hoibus
g

Aedituos habeat belli spectata domiq;
inerti tradenda ad scribendum
h

Virtus indigno non comittenda poetæ
clarus

Gratus alexandro regni magno regno fuit ille
p.n. poete rudibus quo ad artificium q̄ ad ingenū facto
i

Cherilus: incultis qui versibus & male natis
recepit

Retulit acceptos regale numisma philippos:
versata in manu notabilē maculā
in manibꝰ reddunt
k

Sed veluti tractata notam labēq; remittunt
quibꝰ scribitur poete versu pollute
incautum plerūq;

Attramenta fere scriptores carmine fædo
egregia facta contaminant alexander
i cherili

Splendida facta linunt idem rex ille poema
ineptum

Qui tam ridiculum: tam care prodigus emit:
publico phibuit aliquis m

Edicto vetuit. ne quis se præter appellem
quisquam
n

Pingeret aut alius lysippo duceret æra
faciem representantia
o

Fortis alexandri vultum simulantia: quod si
alexandri in

Iudicīū subtile videndis artibus: illud
studia poemata

Ad libros & ad hæc musarum dona uocares

g AEDITVOS. Sacrarū ędium custodes sunt ab ędē & tuendo sed per similitudinem appellat poetas ędituos virtutis clarorum ducū quoniam gloriam illorū que vetustate extinguerētur. suo poemate custodiunt.

h INDIGNO poetę: Nam predare res geste non sunt cōmittende. vt scribātur ante indignopoeta. In quo loco vituperat magnum alexādrum qui cū tam grauis censor fuisset in sculptura & pictura vt ędicto vetaret. ne quis eum preter appellem pingeret: aut preter lysippum sculperet: tamē passus est sua facta a Cherilo malo poeta describi. & illi pro singulis versibus qui placerēt singulos dedit aureos philippos.

i INCVLTIS. Ad artificiū.

MALENATIS. Ad naturale ingenium retulit.

